

tendat; nec admittat munus suum exercere potest. Cautum est in cap. 24. de sentent. & re judic. sententiam latam fore nullam, si unus ex delegatis vinculo excommunicationis publice innolatus fuerit. Publica tamen denuntiatio desideratur, quod evidentiis postea & generaliter constitutum est in decretali Martini V. Ad evitanda scandala.

IV. Magistrali excommunicato non amplius parendum. Movet vero Giballinus questionem hanc: "An vasallus, & subditi communicare possint cum domino excommunicato? Et posse autumat in iis omnibus, quae ad homagium & debitam subjectionem spectant ex regula generali. Quum enim vi censurae Principes & alii domini neque dignitatem, neque dominium, neque jurisdictionem amittant, tenebuntur vasalli & subditi ea omnia praestare domino excommunicato vitando, quae ante excommunicationem debebant. Quandoquidem enim manent idem jus in domino, & obligatio in subdito, illa omnino implenda est, & si nequeat impleri absque communicatione, communicandum erit, atque ita solvenda tributa & alia debita in jure subjectionis, etiam si in propria persona exhiberi debeant, ut sunt hominibus magis quaedam personalia. Si enim privatus non amittit rerum suarum dominium per excommunicationem, neque ejus preteritum potest spoliari bonorum suorum possessione a domino, & quo jure ipse dominus ratione solius censurae, suis juribus, dominiis, debitis, ac bonis spoliabitur a subditis fidelitatem, obedientiam, tributa, aliaque obsequia, ad quae praestanda ratione subjectionis tenentur denegantibus, quando manet eadem subiectio post excommunicationem, quae ante illam erat."

Et ut alios effectus civiles praeteream, V. Infamia juris notatur. Excommunicatus; cap. 17. cap. 6. quest. 1. Sunt vero, qui arbitrantur, infamiam hanc tantum esse canonicam, non civilem; nisi infamia fuerit excommunicatio propter crimen, quod Jus civile infamia notat. (Praecedentia confirmationem obtinent in leg. 5. §. 31. 33. 34. tit. 9. part. 1. Ne obliviscaris eorum quae verb. Censura praenotantur.)

ARTICULUS VII.

Excommunicatio quoad ejus absolutionem.

SUMMARIUM.

- 1. Ab excommunicationibus a Jure latis, & nemini reservatis absolvere possunt nedom Episcopi, & alii Praelati jurisdictionem habentes, sed pro foro interno etiam parochi, & simplices Confessarii.
- 2. Ab excommunicationibus a Jure latis, & Papa reservatis (exceptis sex casibus intra Italiam, & extra Urbem de mandato Clementis VIII. reservatis) possunt absolvere etiam Confessarii Regulares.
- 3. Ab excommunicationibus ab homine latis per sententiam specialem potest absolvere solus ille, qui eas tulit, vel ejus delegatus.
- 4. Vel ejus successor, pro quo venit etiam Capitulum Sede vacante.
- 5. Vel superior censurantis plenam jurisdictionem in illum habens, ut Papa respectu omnium, Generalis respectu Superiorum totius Ordinis, Provincialis respectu Superiorum suae provinciae.
- 6. Non sic autem Archiepiscopus respectu suorum suffraganeorum, nisi ad eum appelletur.
- 7. Nec etiam Legatus Sedis Apostolicae, nisi ad ipsum appellatum sit.
- 8. Ab excommunicationibus ab homine latis per sententiam generalem sine ulla reservatione, absolvere possunt Episcopi, & alii Praelati jurisdictionem habentes, & pro foro conscientiae etiam parochi, & alii Confessarii.
- 9. Si autem Auctor illius in ipsa generali sententia ejus absolutionem sibi reservavit, nemo ab illa absolvere

- potest praeter ipsum Reservantem, vel ejus Successorem, vel Delegatum, vel superiorem.
- 10. Ab excommunicatione minori a Jure lata absolvere potest in Foro interno proprius parochus, & omnis Confessarius approbatus.
- 11. Excommunicationis absolutio dari potest, nedom intra confessionem, sed etiam extra confessionem sacramentalem, etiam absenti, & etiam invito.
- 12. Immo etiam mortuus absolvi potest indirecte ad hoc, ut sit capax ecclesiasticae sepulturae, & suffragiorum ecclesiae.
- 13. Excommunicationis absolutio variis modis dari potest, ad num. 18.
- 19. Varia absolutio forma; quando quis est absolendus, & an absolutio metu extorta invalida sit, ad num. 27.
- 28. Novissima addit. subnequantur.
- 29. Additiones ex aliena manu, ad num. 50.

Ab excommunicationibus a Jure latis, & nemini reservatis absolvere possunt, nedom Episcopi, & alii Praelati jurisdictionem habentes, sed pro foro interno etiam Parochi, & simplices Confessarii, ut ex cap. Nuper 29. vers. In secundo casu, de sent. excomm. deducunt Barb. rap. d. c. num. 12. & 13. Pagn. n. 16. & Pirhing. in Jus Can. lib. 5. tit. 39. n. 41. Anaclel. lib. 5. tit. 39. num. 246. & plurimi alii. Ab excommunicationibus a Jure latis, & Papa reservatis (exceptis quibusdam casibus) possunt absolvere etiam Confessarii Regulares, ut constat ex privilegio Pauli III. constitut. incip. Cum inter cunctas emanat. 3. Junii 1545. Patribus Societatis Jesu concessio; in quo communicant omnes alii Regulares.

Ab excommunicationibus ab homine latis per sententiam specialem potest absolvere solus ille, qui eas tulit, vel ejus delegatus; cap. Pastoralis 11. §. Praeterea, de Offic. Ordinaris, cap. Quarentis 26. de Offic. delegati. Vel ejus successor; cap. Si Episcopus casus. 11. 4. quest. 3. pro quo venit etiam Capitulum Sede vacante; cap. unic. de majoritat. & obediens. in 6. Vel Superior censurantis plenam jurisdictionem in illum habens, ut Papa respectu omnium, Generalis respectu Superiorum totius Ordinis, Provincialis respectu Superiorum suae provinciae. Non sic autem Archiepiscopus respectu suorum suffraganeorum, nisi ad eum appelletur; quia Archiepiscopus non habet hanc jurisdictionem absolventi a censura, quam in proprium subditum tulit Episcopus ejus suffraganeus, nisi ad eum a sententia censurae appelletur, ut colligitur ex c. Nullus Primas 7. caus. 9. quest. 3. & ex cap. Pastoralis 11. de Offic. Ordinaris. Nec etiam Legatus Sedis Apostolicae, qui licet aliquo modo superior sit Episcopi, non tamen in ordine ad causam subditorum, nisi ad ipsum sit appellatum, ut deducitur ex Tridentin. session. 24. cap. 20. de reformat. Barbosa ibi, & alii.

Ab excommunicationibus ab homine latis per sententiam generalem sine ulla reservatione absolvere possunt Episcopi, & alii Praelati jurisdictionem habentes, & pro foro conscientiae etiam parochi, & alii Confessarii approbati, ex cap. Nuper 29. vers. In secundo casu, de sentent. excommunicat. Si autem Auctor illius in ipsa generali sententia ejus absolutionem sibi reservavit, nemo ab illa absolvere potest praeter ipsum Reservantem, vel ejus Successorem, vel Delegatum ab eo, vel Superiorem ipsius, ut dictum est num. praecedenti. Ab excommunicatione minori a Jure lata absolvere potest in foro interno proprius Parochus, & omnis Confessarius approbatus, ex cap. Nuper, de sent. excomm. quia, ut ibi habetur, Conditor canonis ejus resolutionem sibi specialiter non retinuit; ita deducunt Nicol. in flos. verb. Excomm. num. 9. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 3. num. 14. Anaclel. lib. 5. tit. 39. §. 5. num. 158. & alii plurimi.

Excommunicationis absolutio dari potest nedom intra confessionem, sed etiam extra confessionem sacramentalem, etiam absenti, & etiam invito; Pirhing. in Jus canon. lib. 5. tit. 39. num. 164. Anaclel. lib. 5. Decret.

- erat. tit. 39. §. 8. num. 267. Pax Jord. elucidat. lib. 14. tit. 2. num. 180. & multi alii passim. Immo etiam mortuus absolvi potest ab eo, a quo poterat absolvi vivus, si ante obitum signa penitentiae dedit; non directe, quia non est amplius homo super terram, sed ad hoc ut sit capax ecclesiasticae sepulturae, & suffragiorum ecclesiae, ex cap. A nobis 28. de sentent. excommunicationis.
- 23. Excommunicationis absolutio variis modis dari potest. Primo absolute, ut cum ab habente plenam jurisdictionem quis absolvitur, nulla adjecta conditione. Secundo conditionate, ut cum quis absolvitur tantum sub conditione; t. g. absolvo te, si hoc, vel illud feceris.
- 24. Tertio ad cautelam, ut solet praemitti ante absolutionem sacramentalem, & ante electionem, vel collationem beneficii, vel Ordinis ad vitandam nullitatem, ex cap. Venerabilis 52. de sentent. excommunic. Quarto cum reincidentia, ita ut si absolutus intra certum tempus hoc aut illud non fecerit, reincidat in excommunicationem; elapso enim termino praefixo, statim pro Jure reincident in ipsam, ut declarat Sac. Congreg. Immun. in Barents. 19. Decemb. 1634. Sic pariter absolutus propter mortis periculum, vel aliud legitimum impedimentum cum onere, quod cessante tali periculo, vel impedimento se praesentet Superiori, non ut iterum ab eo absolvatur, cum jam plene absolutus sit, sed ut pateat, & satisfaciatur; cap. De cetero, & cap. Quamvis de sentent. excomm. si cessante tali periculo, & impedimento, cum commode potest, non se praesentet Superiori, reincident in excommunicationem ipso jure, ex cap. Eos, qui 22. de sentent. excommunic. in 6. Quintum ad certum dumtaxat effectum, v. g. ut excommunicatus possit in judicio examinari, vel testimonium ferre, vel alium actum sibi aliis prohibuit exercere, quo tamen causa excommunicatus non ab ipsa excommunicatione, sed ab aliquo ipsius effectu dumtaxat liberari censetur, ut cum aliis advertit Pirhing. lib. 6. in Jus canon. de sentent. excomm. num. 16.
- 19. Absolutionis formae variae etiam esse possunt. Si quis auctoritate propria excommunicatum absolvat, poterit hac uti forma: "Absolvo te a vinculo excommunicationis, quod incurristi, propter hoc, vel illud crimen, & restituo te Sacramentis ecclesiae, & fidelium communioni: In nomine Patris &c." Si vero absolvat auctoritate delegata, poterit uti ista: "Auctoritate Omnipotens Dei, & SS. Apostolorum Petri, & Pauli, SS. D. N. Papae N. vel Eminentissimi, vel Illustrissimi Nostri N. N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa absolvo te a vinculo excommunicationis, quod incurristi propter tale, vel tale crimen, & restituo te Sacramentis ecclesiae, & communioni fidelium. In nomine Patris &c." Si autem excommunicatio non sit certa, sed dubia, uti poterit ista: "Dominus noster Jesus-Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo a vinculo excommunicationis, si quod incurristi ob tale crimen, & restituo te &c." In casu autem quod absolutio detur publice, & solemniter, praemitti solet aliquis psalmus penitentialis cum quibusdam versiculis, & orationibus in Rituali praescriptis, ex c. A nobis 28. de sentent. excomm.
- 23. Nemo debet absolvi a majori excommunicatione, sive pro foro interno, sive pro externo, nisi prius juramento promittat de parendo mandatis ecclesiae, vel absolutis, & de non committendo iustitiam hujusmodi delicto, cap. Ex tenore 10. c. Ad hac 12. de revent. excomm. Et etiam nisi satisfecerit parti laesae saltem per transactionem ob damnum, vel injuriam, ratione cujus fuit Excommunicatus; c. Solet, de sent. excomm. in 6. vel si hac statim fieri nequeant, sufficientes cautio per pignora, vel fidejussionem praestetur, vel si nec ista ob inopiam, vel aliam causam fieri potest, praestetur per juramentum, quia nemo ad impossibile obligari potest, (Vid. lit. E. pag. 176. col. 2. ad n. 61.) ut tenet Pirhing. in Jus Canon. lib. 5. tit. 49. num. 163. Anaclel. lib. 5. Decret. tit. 39. §. 8. num. 269. & alii passim.
- 25. Si autem ita absolutus postea satisfacere negligat,

non reincident in priorem excommunicationem, sed poterit iterum a Judice excommunicari; c. Ad reprimidam, de Offic. Ord. Absolvens autem ante praestitam satisfactionem parti laesae, illicite quidem absolvit, sed valide; quia haec non pertinent ad substantiam absolutionis; cap. Venerabilibus 7. §. Sane, in fine de sent. excomm. in 6. Absolutio extorta metu gravi injuste in eum finem incusso, est invalida; c. De his que vi, in 6.

Nedum illicite, sed & invalida est absolutio ante praestitam satisfactionem parti laesae, & juramentum interpositum de parendo ecclesiae mandatis, si absolutio sit de iis criminibus, quae in Bulla Coena indicantur. Etenim in §. Ceterum praedictae Bullae praecipitur, ut nullus talibus detentus criminibus, nisi cautione praestata, absolvatur, atque adeo facultas absolventi cum sub ea tantum conditione sit concessa, nulla omnino esse censetur, nisi eadem conditio posita fuerit, ut multorum fert sententia Theologorum, teste La Croisio lib. 7. num. 167. pag. 592. editioni Colonienis. †

Dicit hic Rom. Theologus, quod nedum est illicite, sed & invalida absolutio ante praestitam satisfactionem parti laesae, & juramentum interpositum de parendo ecclesiae mandatis. Et tamen mea conclusio est ipsissima ad literam tradita a doctis. Monacel. in Formular. legal. practice. fori ecclesiastici, part. 3. edition. Roman. an. 1709. pag. 15. num. 77. Videatur ibi, & citat. Cap. Venerabilibus 7. §. Sane, in fine de sentent. excomm. in 6. †

A quibuscumque censuris excommunicationis, suspensionis, & interdicti absolvere potest Major Penitentarius, Regulares quidem in utroque foro, reliquos vero in foro conscientiae tantum: quamquam & illos potest absolvere in utroque foro a censuris publicis latis a jure, Apostolicae Sedi reservatis, & etiam nominatim declarantibus, vel latis nominatim ab homine, si expraverit jurisdictionis iudicis delegati, a quo laesae fuerint, vel quando propriis Judicibus adire rei non possunt. Obligandi sunt tamen rei isti, ut satisfaciatur parti, alioquin reincident in eandem censuram. Si vero satisfactio a parte recusetur, tunc Major Penitentarius illi praescribat hanc satisfactionem, qua a parte recusata, nihil ultra agendum est. Benedict. XIV. constitut. incip. Pastor bonus Bull. tom. 1. n. 95. §. 7. *

Ut in hac absolutionis materia recte procedatur, distinguenda est excommunicatio lata ab homine ab excommunicatione lata a Jure. Ab excommunicatione lata ab homine, ut recte monet Auctor, is regulariter absolvere potest, qui eam tulit. Idem dic. de Successore, & sede vacante Capitulo, quia non ipsa singularis & individua persona excommunicantis attendenda est, sed ipsum officium, seu dignitas, vi cujus auctoritas ferendi censuras competit illi, qui censuram tulit. Superior quoque absolvere potest, si ad eum sit appellatum propter jurisdictionem acquisitam ex appellatione. Summus vero Pontifex ob summam in ecclesia potestatem etiam citra appellationem valet absolvere. De disciplina vero tum antiqua, tum recenti de absolutione a Superiori impertienda consule Van-Espen. Jur. ecclies. univers. part. 3. tit. 11. §. 1. & plur. seq.

De excommunicato a suo Episcopo an absolvi possit ab Episcopo novi domicilii quaeritur? Obtinuit distinctio, ut excommunicatus per sententiam generalem sui Episcopi possit absolvi, non item excommunicatus per sententiam specialem ejusdem; Confer Zoës. in Decretal. lib. 5. tit. 39. num. 161. Suar. de censur. disp. 7. sect. 21. num. 26. Eademque distinctio secundum mox laudatos Auctores recepta est, si excommunicatus a suo Episcopo fiat Religiosus, ut scilicet excommunicatus per sententiam generalem absolvi queat a superiore ipsius Religiosi, nequaquam vero Excommunicatus per specialem sententiam.

Disputatur & de eo, an post interpositam appellationem absolvere valeat Judex a quo? Affirmant inter alios Wames in cap. 17. fer. per tot. de Appellat. Suarez de censur. disp. 7. sect. 2. num. 31. & seq.

Gravior est questio, an ab excommunicatione ipso jure in literis apostolicis comminata absolvere queat Ju-

- Judex, qui sententiam declaratoriam pronuntiavit? Dubium inde oritur, quod Judex hic non videtur proprie excommunicasse, adeoque haud valet absolvere. At affirmativam sententiam, modo in ipsis literis apostolicis excommunicatio non sit Papae reservata, tenuit *Rot. in Alerien. Parochialis* 10. *Januarii* 1746. §. 7. cor. *Reverendiss. P. D. Bussio Decan. & 1. Julii ejusdem anni* 1746. §. 5. cor. *Illustriss. Capr. Alm. Urb. Gubern.*
- 44 Hæc de absoluteione ab excommunicatione lata ab Homine. Quoad vero excommunicationem à Jure latam,
- 45 hæc regula communiter statuitur: "Si Pontifex, aut Conditor canonis, ejus absoluteionem specialiter non reservaverit, absolvi unusquisque poterit à proprio Episcopo, immo & à proprio Sacerdote." *Cap. Nuper, de sent. excomm.*
- 46 Nomine Episcopi, observante Suarez de *cenfur. disp. 7. sect. 3.* intelligitur Episcopus proprius excommunicati, item qui in episcopalem jurisdictionem succedit. Vagabundos vero absolvere potest Episcopus loci, in quo actu habitant; *Zoes. in Decretal. lib. 5. tit. 39. num. 164.*
- 48 Nomine proprii Sacerdotis, notante eodem Auctore ubi supra, venit proprius parochus excommunicati. Ex ratione vero mox citatæ decretalis venit quilibet presbyter habens auctoritatem absolventi; approbatus scilicet à suo Ordinario, tamquam minister sacramenti Pœnitentiæ à peccatis mortalibus, præsertim quia, ut monet laudatus Auctor dict. *disp. 7. sect. 4.* quatenus munus illud exercent presbyteri, subeunt vicæ & munus proprii parochi. De absoluteione ad cautelam vide Van-Espen. *Juris eccl. univ. p. 3. tit. 11. c. 11. §. 16. & plur. seq. §. 3. Leg. 7. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. & 29. tit. 9. part. 1.* multum confluunt, utpote pene consonant.)

ARTICULUS VIII.

Absolutio pro foro conscientie an prodesse possit etiam pro foro externo.

SUMMARIUM.

- 1 Absolutus in foro interno ab excommunicatione si non fuerit nominatim excommunicatus, non tenetur se gerere in foro externo tamquam excommunicatus, præsertim si constat ita esse absolutum.
 - 2 Absolutus in foro conscientie ab excommunicatione occulta, potest in foro externo etiam publice habere omnem communionem in divinis, & politicis, missam publice celebrare, & alia hujusmodi.
 - 3 Si vero excommunicatio, à quo fuit in foro tantum interno absolutus, sit notoria, & publica, poterit tantum in occulto celebrare, & alia per excommunicationem prohibita agere, si absit omne scandalum.
 - 4 Absolutus in foro conscientie tantum, si ejus crimen deferatur ad Judicem, licet non indigeat nova absoluteione, potest tamen adhuc argeri à Judice, qui potest contra eum procedere, donec etiam in foro externo absoluteionem obtineat.
 - 5 Nova add. ex aliena manu.
- 1 Absolutus in foro interno ab excommunicatione, si non fuerit nominatim excommunicatus, non tenetur se gerere in foro externo tamquam excommunicatum, præsertim si constat ita esse absolutum, quia illa absolutio valet ad omnia, præterquam in iudicio, ubi lis movetur, Lessius in *Auctar. v. Absolut. cas. 8. Krimen num. 1848.* Claudius la Croix *lib. 7. de censuris n. 154.* & alii passim. Absolutus in foro conscientie ab excommunicatione occulta, potest in foro externo etiam publice habere omnem communionem in divinis, & politicis, missam publice celebrare, & alia hujusmodi; Si vero excommunicatio, à qua fuit in foro tantum interno absolutus, sit notoria & publica, poterit tantum in occulto celebrare, & alia per excommunicationem pro-

hibita agere, si absit omne scandalum; Ad evitandum enim scandalum, si ejus excommunicatio fuerit notoria, quamdiu de legitima ejus absoluteione publice non constat, debet se gerere in foro externo tamquam excommunicatum, & se publice abstinere ab omnibus, quæ excommunicatis interdiciuntur; *Layman lib. 1. tract. 5. part. 1. cap. 7. num. 7.* Avila de *censuris part. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 12.* Navarr. *lib. 2. cons. ultim. de judiciis num. 7.* Reiffenstuel in *Jur. canon. lib. 5. decret. tit. 29. §. 8. num. 247. & 248.* Claudius, Henriquez, & alii.

Absolutus in foro conscientie tantum, si ejus crimen deferatur ad Judicem, licet non indigeat nova absoluteione, potest tamen adhuc argeri à Judice, qui potest contra eum procedere, donec etiam in foro externo absoluteionem obtineat, ut pluris declaravit *Sacra Congr.* per sequentia, & similia verba: "Non prohibetur Episcopus, vel alius Superior affigere cedulones, & punire excommunicatum, licet fuerit in foro conscientie absolutus, vel cum Brevis Sacra Pœnitentiariæ, vel cum Bulla Cruciatæ, aut Jubilæi, vel in *viii. cap. Licet rest. 24. Concil. Trident.* vel alio quocumque modo, quia isti duo fori sunt separati, & actum in uno, non adfert præjudicium in altero. Potest tamen Judex ecclesiasticus absoluteionem in foro conscientie datam, etiam pro foro exteriori ratam habere; nisi hoc redundet in præjudicium partis." In *Compasana 15. Junii 1519.* & in *Oppiden. 8. Junii 1621.* & in *Miletan. 30. Septembr. 1622.*

¶ Distinctio in subjecta materia recepta hæc est: Si in Bulla Jubilæi, vel alia quavis absolute detur facultas absolventi à censuris, valet absoluteio in utroque foro. Sin autem facultas hæc detur, prout dari ut plurimum solet, in foro conscientie, regulariter non prodest pro Foro exteriori. Dico regulariter, nam si quis ob debitum, seu damnum, injuriam, vel contumaciam manifestam fuerit à Judice excommunicatus, & nominatus, & nominatim declaratus seu denunciatus, & satisfacta parte absolvatur à Confessario vi Bullæ Jubilæi, vel similis, censetur absolutus etiam in foro exteriori, ut tenent quamplures Doctores relati à Bossio de *Jubilæo sect. 1. cap. 25. per text.* qui sententiam hanc probat quibusdam declarationibus S. Pii V. & Gregorii XIII. Quomodo vero absoluteio, tradit idem Auctor. *dict. sect. 1. cas. 26. (Vid. lit. B. in fine.)*

ARTICULUS IX.

Excommunicati quinam vitandi sint in quibus & qualiter vitari debeant.

SUMMARIUM.

- 1 Jure antiquo omnes excommunicati erant vitandi.
- 2 Jure novo post Concilium Constantiense confirmatum à Martino V. sunt solum vitandi, qui sunt specialiter excommunicati, & nominatim quoad personam à Judice ecclesiastico publice sunt denunciati, vel sunt notorii percussores Clericorum.
- 3 Nec officit, quod per Concilium Basileense, quod est posterius Constantiensi, & Martino V. præcipiantur vitari non solum notorii Clericorum percussores, sed etiam quicumque alii excommunicati &c. usque ad num. 4.
- 4 Percussor Clerici tunc dicitur taliter notorius, ut debeat vitari, quando ejus crimen notorie constat, ut non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo juris suffragio excusari.
- 5 Sic talis percussor esset vitandus, si per proprium visum, per confessionem rei, plurium testimonium, seu per publicam famam ita esset notoria percussio, ut nulla tergiversatione posset celari, & ejus malitia excusari.
- 6 Si talis percussio est occulta, vel percussor posset se defendere, & excusare, quod percussio facta sit cau-

sa defensionis, vel ex vehementi passione ira in motu primo primi, vel in joco, aut inadventitia, vel nesciendo esse Clericum; tunc talis Clerici percussor non esset vitandus.

- 8 Casus, in quibus vitari debent excommunicati, reduncunt specialiter ad quinque in hoc vulgato carmine comprehensos; Os, Orare, Vale, Communio, Mensa negatur.
- 9 Quid intelligatur prohibitum per ly Os.
- 10 Quid intelligatur prohibitum per ly Orare.
- 11 Quid intelligatur prohibitum per ly Vale.
- 12 Quid intelligatur prohibitum per ly Communio.
- 13 Quid intelligatur prohibitum per ly Mensa.
- 14 Qui in aliquo ex supradictis casibus absque rationabili excusante causa communicat cum excommunicato vitando, peccat, & incurrit excommunicationem minorem.
- 15 Et si communicet cum ipso cooperando contumacia, & crimini, propter quod fuit nominatim excommunicatus, dando ei auxilium, consilium, aut favorem, præter peccatum mortale, incurrit etiam excommunicationem majorem.
- 16 Communicans cum excommunicato nominatim à Papa, ac publice denunciato, si est Clericus, incurrit excommunicationem majorem, si est laicus excommunicationem minorem.
- 17 Cause rationabiles, ob quas licet communicare cum excommunicato vitando, sunt specialiter quinque in hoc vulgato carmine comprehensæ: Utile, Lex, Humilis, Res ignorata, Necessæ.
- 18 Quid intelligatur permissum per ly Utile.
- 19 Quid intelligatur permissum per ly Lex.
- 20 Quid intelligatur permissum per ly Humilis.
- 21 Quid intelligatur permissum per ly Res ignorata.
- 22 Quid intelligatur permissum per ly Necessæ.
- 23 Additio, inseruntur, ad num. 30.

- Jure antiquo omnes excommunicati erant vitandi, cum hac differentia, quod illi quorum excommunicatio erat publice nota, publice etiam erant vitandi, & illi quorum excommunicatio erat occulta, occulte etiam & privatim tantum erant vitandi ab iis, qui eam excommunicationem notam habebant, uti patet ex *cap. Cum non ab homine 14. de sentent. excomm.* Jure novo post Concilium Constantiense celebratum circa annum 1414. & confirmato à Martino V. sunt solum vitandi, qui specialiter excommunicati, & nominatim quoad personam à Judice ecclesiastico publice sunt denunciati, vel sunt notorii percussores Clerici, & per hoc excommunicationi canonis *Si quis suadente diabolo &c.* subjecti, ut clare patet ex constituto ipsius Martini V. incip. Ad evitanda animarum pericula &c. Nec officit, quod per hoc Concilium Basileense, quod est posterius Constantiensi, & Martino V. præcipiantur vitari non solum notorii Clericorum percussores, sed etiam quicumque alii excommunicati; quia dictum Concilium Basileense ab Eugenio IV. fuit revocatum, nec à Sede Apostolica fuit confirmatum, exceptis paucis quibusdam constitutionibus à Nicolao V. receptis, intra quas non est ea de evitandis excommunicatis. Ultraquam quod consuetudine (quæ est optima legum interpretis, & per se ipsam sufficiens ad legem innovandam) introductum est, ut in dies experimur, ut hæretici notorii, alique excommunicati non evitentur, nisi vel nominatim sint denunciati, vel sint notorii percussores Clericorum, & sic si in hoc valuisset Concilium Basileense, jam ei derogatum fuisset per consuetudinem contrariam legitime præscriptam, ut deducitur ex *cap. fin. de consuetudine.*
- 5 Percussor Clerici tunc dicitur taliter notorius, ut debeat vitari, quando ejus crimen adeo notorie constat, ut non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo juris suffragio excusari, ut statuit Pontifex in *6. cit. Bulla ad vitanda.* Sic talis percussor esset vitandus, si per proprium visum, per confessionem rei, per plurium testimonium, seu per publicam & constantem famam ita esset notoria percussio, ut nulla tergiversatione posset celari, & ejus malitia excusari. Quod si

talis percussio esset occulta, vel percussor posset se defendere, & excusare, quod percussio facta sit causa defensionis, vel ex vehementi passione ira, in motu primo primi, vel ex joco, aut inadventitia, vel nesciendo esse Clericum; tunc talis Clerici percussor non esset vitandus, ut clare deducitur ex verbis ipsius Bullæ: *Sine aliquo Juris suffragio excusari possit.*

Casus vero, in quibus vitari debent taliter excommunicati, reduncunt specialiter ad quinque deductos ex *cap. Excommunicatos 17. caus. 11. quest. 3.* ubi habetur: "Nullus cum excommunicatis in oratione, aut cibo, & potu, aut osculo communicet, aut Ave eis dicat, quia quicumque in his, vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit juxta Apostolorum institutionem, & ipse simili excommunicationi subiacebit;" & omnes in hoc vulgato carmine comprehenduntur.

Os, Orare, Vale, Communio, Mensa negatur.

Per ly Os intelligitur prohibitum discursus cum excommunicato, etiam si fiat per literas, nuntius, internuntium, aut alia signa, sic enim prohibentur oscula, amplexus, & alia hujusmodi signa amicitie; necnon receptio numerum. Per ly Orare intelligitur prohibita omnis communicatio in sacris, & orationibus; non enim licet cum excommunicatis orare, interesse processionibus, missis, & aliis divinis officiis, nec missam coram ipsis celebrare. Immo dato quod excommunicatus vitandus ingrederetur ecclesiam missam audire, debet moneri ut exiret, & si nominatim monitus nollet exire, novam excommunicationem Papæ reservatam incurreret; *Clem. 11. de sentent. excomm.* & posset per vim expelli. Si vero ratione suæ præpotentiæ nequiret ab ecclesia expelli, tunc essent omittenda divina officia, & ipsa missa, si Sacerdos nondum pervenisset ad canonem, vel ut alii volunt ad consecrationem, tunc enim deberet prosequi usque ad suspensionem, ne sacrificium maneret incompletum, & facta suspensione calicis deberet discedere, & reliqua in sacristia peragere, vel omittere, ubi talis locus non adesset. Omnes adstantes autem deberent in tali casu statim ab ecclesia exire, excepto Ministro altaris, aliter peccarent participando in divinis cum excommunicato vitando, & excommunicationem saltem minorem incurrerent.

¶ Si excommunicatus vitandus ecclesiam ingredietur dum divina celebrantur officia, monendus est ut abeat. Abire nolens vi compelli potest, modo tamen sic fieri possit, ut nullum grave incommodum, vel scandalum emergat. Tunc enim latus est, ut interruptis calicis populus omnis aufugiat. Veteris ecclesie usum, & praxim fuisse, ut excommunicati non expellerentur ab ecclesia, nisi tempore offertorii, auctor est Cabassutius in *theoria, & praxi Juris canonici lib. 5. cap. 11. n. 5.* Eo ergo tempore si excommunicatus exire detrectet, nec vi compelli queat, missa inchoata abruptenda est. Quod si canon esset inceptus, solo manente Ministro debet eam Sacerdos prosequi usque ad communionem inclusive, & reliqua in sacristia perficere. Videatur Antoine *tract. de censuris, cap. 2. ¶*

Per ly Utile interdicitur omnis honorifica, & amica salutatio, verbis, signis, gestu, & manus tactu facta. Per ly Communio prohibetur omnis societas cum excommunicatis vitandis in habitatione, contractibus, iudiciis, laboribus, aliisque exercitiis. Per ly Mensa prohibetur communicatio in cibo, potuque, non enim licet manducare, & bibere cum excommunicatis vitandis, etiam si reperiantur in eodem collegio, monasterio, & domo. Qui in aliquo ex supradictis casibus absque rationabili excusante causa communicat cum excommunicato vitando, peccat, & incurrit excommunicationem minorem, ex *cap. Excommunicatos 17. caus. 11. quest. 3.* & si communicet cum ipso cooperando contumacia, & crimini, propter quod fuit nominatim excommunicatus, dando ei auxilium, consilium, aut favorem, præter peccatum mortale, incurrit in excommunicationem majorem.

Yy rem,

rem, quia facientem, & consentientem par pena constringit, cap. Nuper 29. & cap. Quod in dubio 30. de sentent. excomm. (Leg. 48. tit. 5. part. 1. Vid. add. hisp. verb. Forum, vers. De raptoribus: & verb. Incendiarii.) Communians cum excommunicato nominatim a Papa, ac publice denunciato, si est Clericus, incurrit excommunicationem maiorem, si est laicus solum excommunicationem minorem, ex c. Significavit 18. de sent. excomm. & ex cap. Excomm. 17. caus. 11. quest. 3.

17 Causa rationabiles, ob quas licet communicare cum excommunicatis viandis deducuntur ex cap. Quoniam multos 113. caus. 11. quest. 3. & comprehenduntur in hoc vulgato versiculo.

Utile, Lex, Humilis, Res ignorata, Necessitas.

18 Per ly *Utile* intelligitur utilitas notabilis, sive spiritalis, sive corporalis, tam excommunicati, quam communicantis, propter enim utilitatem spiritualem excommunicati licet cum consiliis, & exhortationibus persuadere ad respiciendum, & conversionem, & cum ipso conversari, & libere agere in iis, quae pertinent ad absolutionem; ex cap. Cum voluntate 54. de sentent. excomm. propter autem utilitatem communicantis licet ab eo exigere debitum; cap. Si vere 34. de sentent. excomm. & eum venire in iudicio, ex cap. Intelleximus 7. de iudicis, & ad eum tanquam ad Advocatum, Chirurcum, & Medicum recurrere licet, si alius non reperitur, à quo aequè utiliter subsidium haberi possit; ex cap. Si vere 34. de sentent. excomm. Per ly *Lex* intelligitur lex matrimonialis, ratione cuius, si unus vel uterque conjux sit excommunicatus, nihilominus eis licebit conjugii debitum petere, & reddere, & in omnibus aliis rebus inter se communicare, ut in gubernatione, & directione domus, in colloquiis, mensa, & huiusmodi; ex cap. Quoniam multos, caus. 11. q. 3. & ex c. Inter alia 31. de sentent. excomm. Per ly *Humilis* intelligitur humilitas subjectionis, vi cuius liberi cum parentibus, servi villicis cum dominis suis, Religiosi cum suis Praelatis, Clerici cum Episcopis, & superioribus suis, & milites cum belli ducibus excommunicati possunt communicare; ex cap. Quoniam multos, caus. 11. quest. 3. qua ratione parentes, domini, superiores, duces &c. communicare etiam possunt cum suis liberis, servis &c. Per ly *Res ignorata* intelligitur ignorantia, tam juris, quam facti, dummodo non sit affectata, vel errata, & huius ratione excusatur à culpa, & censura, qui communicat cum excommunicato ignorato tali, vel si scit esse excommunicatum, ignorat eum esse vitandum, ex cap. fin. de consti. in 6. Per ly *Necessitas* intelligitur omnis necessitas communicandi, tam ex parte excommunicati, quam communicantis, sive hac necessitas sit animae, vel corporis, vel famae, vel fortunae, vel obligationis alicuius contractus; ex cap. Inter alia, de sentent. excomm. sive talis necessitas oriatur ex violentia, vel metu gravi iniuste incusso, vel ex defectu victus, vestitus, medicinae, consilii, vel cuiuscumque auxilii, necessarii, ex cap. Si vere 34. de sentent. excomm. & ex cap. Quoniam 103. caus. 11. quest. 3.

19 Quae de effectibus excommunicationis maioris dicta sunt in art. 5. & in additione, ea de iure antiquo obtinent etiam in excommunicato non denunciato.

20 At jure novo Extravagantis Ad evitanda restricta sunt, ut monet Auctor, ad eos excommunicatos, qui expresse & specialiter, id est nominatim denunciati sunt, tum ad eos, qui notorie incidunt in sententiam excommunicationis latam pro sacrilega manuum injectione in Clericum, quamvis denunciati non sint.

21 Haec vero habet hic *Zoesius* in decretal. lib. 5. tit. 39. num. 108. De posteriori (inquit) tantum est questio, quum in Extravagant. Ad evitanda, in dict. Concilio Constantiensi non fiat mentio notorii percussoris Clericorum, sed generaliter notorii excommunicati, qui talis est, ut nulla tergiversatione celari possit, ut non debeatur restringi tantum ad notoriam Clerici percussorem, sed, uti verba citata à Navarro dict. tit. 27.

num 35. sonant, generaliter locum habere in quolibet excommunicato notorio, qui celari nulla tergiversatione potest. Quod ipsum sensit Navarr. dict. loco. Sed consuetudine postea restrictam esse dictam Extravagantem ad percussorem Clerici notoriam. Alii tamen dictam Extravagantem aliter citant pro his: Aut si aliquem ita notorie excommunicationis sententiam consiterit incidisse; legentes: salvo si quem pro sacrilega manuum injectione in Clericum sententiam latam à canone adeo notorie consiterit incidisse; Quam lectionem plerique sequuntur tenentes, non alios vitandos Extravagantis excommunicatos hodie esse vitandos, quam denunciatos Clerici percussores. Estque consuetudine ista limitatio recepta, quum videamus passim Catholicos cum Haereticis publice sine scrupulo communicare, quos vitare hoc tempore vix foret possibile?

Quod atinet ad illos, quos priori loco diximus esse vitandos, disputari solet, num post sententiam specialem ab homine latam, requiratur denuntiatio? Negant aliqui inixi dict. Extravag. Ad evitanda: quae solum excipit excommunicatos à Jure, vel ab Homine per sententiam generaliter promulgatam, quam vult ad effectum vitandi, tam à Jure publicari vel denunciari specialiter & expresse, ut videatur hunc effectum habere illa, quae ab homine est specialiter promulgata. At sententia communior, & quidem probabilior est, etiam in casu ad praedictum effectum requiri denuntiationem; idque quia consuetudo, quae est optima legum interpretis, ita sit interpretata à Extravagantem. Accedit, quod conveniat fini ejusdem Extravagantis; Lata enim ea fuit ad evitanda scandala, & succurrendum timoratis conscientiis. Id autem conigit facilius posita opinione affirmante, quam opinione negante; quum saepe non sit ita notorium sententiam excommunicationis esse latam, nisi publicata sit; Confer *Zoes.* in *Decretal. lib. 5. tit. 39. num. 10.* Hurtad. de *excomm. disp. 2. diff. 3. n. 7.*

Quoad vero notorios Clerici percussores, duo concurrant oportet, ut si dicantur notorii, adeoque sint vitandi; nempe & quod percussio Clerici sit notoria notorietate seu evidenti facta, & quod ea percussio minime possit apparenti aliqua ratione excusari. De utroque vero consule Hurtad. de *excomm. disp. 2. diff. 3. num. 9. & seq.*

An cum excommunicatis non necessario vitandis communicari non modo in humanis, sed & in divinis possit, V. Hurt. de *excomm. disp. 2. diff. 3. per 101. D.*

ARTICULUS X.

De excommunicatione canonis, quoad sum esse, & intelligi.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatio Canonis quare sic appelletur.
- 2 Per ly Si quis quid intelligatur.
- 3 Per ly suadente diabolo quid intelligatur.
- 4 Per ly manus violentas iniecerit quid intelligatur.
- 5 Per ly in Clericum quid intelligatur, ad num. 6.
- 6 Canonis privilegio non gaudet Clerici bigami.
- 7 Item Clerici, qui dimisso habitu, & Clericali tonsura negotiis secularibus se immiscerent, si ter ab Episcopo moniti non se emendant.
- 8 Item Clerici realiter degradati, & solemniter depositi.
- 9 Item Clerici se enormitatis immiscerent.
- 10 Per ly Monachum intelligantur omnes Regulares utriusque sexus.
- 11 Etiam Conversi, & Conversae.
- 12 Etiam Novitii, & Novitiae.
- 13 Item Tertiarii, & Tertiariae mendicantium in Congregatione & Communitate viventium.
- 14 Item mulieres Tertiariae in propriis domibus viventes virginales, & callibem vitam ducentes ex voto castitatis de Ordinarii licentia emissa.

Item

- 16 Item Eremita habitum eremiticum ex legitima facultate deferentes, & sub speciali obedientia Episcopi, vel alterius Praelati alicui ecclesiae, vel eremitorio in communitate, vel separatim deservientes.
- 17 Item omnes illi, qui assumpto habitu religioso monialium servituti sunt addicti, & pro illis elemosynas servant, & prope monasterium earum more vivunt.
- 18 Sic etiam laici, qui habitu clericali incedunt, & inservium Congregationi Presbyterorum collegialiter sub certo superiore more religioso vivunt.
- 19 Item Equites S. Joannis Hierosolymitani, vulgo dicti Cavalieri de Malta.
- 20 Additiones subnectuntur, ad num. 25.

EXCOMMUNICATIO Canonis sic appellatur ex quo lata sit in Canone 15. Concilii II. Lateranensis. sub Innocent. II. cap. Si quis suadente 29. caus. 17. quest. 4. per haec verba: Si quis suadente diabolo hujus sacrilegii reatum incurrit, quod in Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum illum praesumat absolvere (nisi mortis urgente periculo) donec apostolico conspectui praesentetur, & ejus mandatum suscipiat?

Per ly *Si quis* comprehenduntur omnes utriusque sexus personae Excommunicationis capaces, unde etiam ad feminas extenditur, ipse enim si manus violentas in Clericum, vel Monachum iniecerint, hanc excommunicationem incurrunr, per Glossam in dict. cap. Si quis, & exponit cap. Mulieres 6. de sentent. excomm. dum Episcopo committitur posse feminas absolvere, si manus violentas in Clericum, vel Monachum iniecerint. Per ly *Suadente diabolo* denotatur quod ad incurrendam hanc excommunicationem requiritur gravis injuria, & in ratione sacrilegii peccatum mortale, ita ut haec simul concurrant, & prava voluntas intendens Clericum, vel Monachum graviter ledere, & externus effectus, seu ipsa gravis lesio in rebus corporis, vel honoris ipsius, unde si unum ex istis deficiat, non contrahitur haec censura, quia Canon tria copulative ad hanc incurendam videtur requirere, scilicet factum consummatum, dum dicit manus iniecerit, animus injuriandi, dum dicit suadente diabolo, & violentia, dum dicit violentas manus, uti notat inter alios Sperellus dect. 45. num. 12.

Per ly *manus violentas iniecerit* comprehenditur quaelibet actio exterior injuriosa in personam ecclesiasticam, vel res ei adhaerentes violenter tangens, sive immediate, sive mediate, sive fiat manu, sive pede, brachio, aut quovis alio instrumento capaci ad ledendum Clericum, vel Monachum, quia Canon utitur verbo *manus*, ex quo manus sit instrumentum magis aptum, & solitum ad exteriores violentas injurias inferendas, uti esset Clericum occidere, mutilare, vulnerare, percutere, eum violenter detinere in publica, aut privata custodia, eripere aliquid per vim, & injuriam de manibus, vel corpore ipsius, ut librum, pileum, aut vestem ei adhaerentem, ipsum conspergere aqua, pulvere, lapillis, eum persequi, ut in fluvium, aut fossam incidat, equo decidat, & similia; Gloss. in dict. cap. Si quis, verb. Manus, & cap. Nuper 29. de sentent. excomm. & in cap. Si quis pulsatus 13. 33. q. 4. Injicere manus violentas in equum, cui Clericus insidet, illum occidendo, vulnerando, percutiendo, aut detinendo; licet enim hujusmodi violentiae Clerico illatae graves non sint comparative corporis, sunt tamen graves, aut mortales comparative honoris, qui contumeliose laeditur, ut notavit Innocent. III. in cap. Nuper 29. de sentent. excomm. Per ly in Clericum intelliguntur quicumque saltem primam tonsuram ab Episcopo acceperunt, ut colligitur ex cap. Cum contingat, de etate, qualitate, & ordine presic. Sic etiam Clerici conjugati, si cum unica, & virgine contraxerint, habitum, & Tonsuram deferant, & alicui ecclesiae de mandato Episcopi ministrent; cap. unic. de Clerici conjug. in 6. Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. de reform. Canonis autem privilegio non gaudet Clerici bigami, qui contraxerunt cum duabus, vel cum una corrupta; cap. unic. de bigamis in 6. Item Clerici qui dimisso habitu, & clericali

FERRAS. BIBLIOTHEC. TOM. III.

Tonsura, negotiis secularibus se immiscerent, si ter ab Episcopo moniti non se emendant; cap. In audientia 25. cap. Contingit 451. de sentent. excomm. Item Clerici realiter degradati, & solemniter depositi; ex cap. Degradatio in 6. de panis lib. 5. tit. 9. Item Clerici se enormitatis immiscerent, id est si latrocinia, & grassationes iniquas perpetrent, si bella, & seditiones in populo commoveant; cap. Cum ab homine 14. & cap. Perpendimus 23. de sentent. excomm. Per ly *vel Monachum* intelliguntur omnes Regulares utriusque sexus, cap. Cum illorum 32. & cap. De monialibus 33. de sentent. excomm. Etiam Conversi, & Conversae; dict. cap. De monialibus, & cap. Non dubium 5. eod. tit. Etiam novitii, & novitiae; cap. Religioso, de sentent. excomm. in 6. Item Tertiarii, & Tertiariae Mendicantium in Congr. & communitate viventes, ex constitut. Leonis X. in cap. Dum intra 14. tra. Item mulieres Tertiariae in propriis domibus viventes, virginales, & callibem vitam ducentes ex voto castitatis de Ordinarii licentia emissa, ex dict. constit. 22. Dum intra, edita à Leone X. 1. Martii 1518. in Conc. Lateranensis. sess. 11. Item Eremitae habitum eremiticum ex legitima facultate deferentes, & sub speciali obedientia Episcopi, vel alterius Praelati alicui ecclesiae, vel eremitorio in communitate, vel separatim deservientes, isti censentur personae ecclesiasticae; Sic Glossa in cap. Qui vere 16. quest. 1. verb. *Vero* asserens, quod tales eremitae gaudent privilegio Clericorum, licet non resident in propriis. Fagnan. cap. Nullus num. 61. de Foro competent. post Cardin. in Clement. Per litteras num. 9. de praebendar. Innocentius cap. Cum monasterium 13. de election. dicens, quod licet eremite possint habere proprium, quia non abrenuntiant, tamen ecclesiasticae personae sunt; Anacleus lib. 3. decret. tit. 1. de vita, & honestate Clericorum num. 25. & multi alii, vid. verb. Eremita num. 13. Item omnes illi, qui assumpto habitu religioso Monialium servituti sunt addicti, & pro illis elemosynas quaerunt, & prope monasterium earum more vivunt. Sic etiam laici, qui habitu clericali incedunt & inservium Congregat. Presbyterorum, qui collegialiter sub certo Superiore modo religioso vivunt; sic Antonellus num. 2. Matthaeucci official. Cur. quoad excommunicationem Canonis num. 10. Felix Potestas de Ministr. Sacrament. Penitent. cap. 3. num. 3560. & alii. Item Equites S. Joannis Hierosolymitani vulgo dicti Cavalieri de Malta; ipsi enim emittunt tria vota substantialia in Religione à Sede Apostolica approbata, & sunt vere Religiosi, & si se invicem percutiant, Pontifex eis concedit, ut ab excommunicatione hac de causa incurra absolvi possint ab eorum priore Sacerdote, cap. Canonica 30. de sentent. excomm.

Num excommunicatio contenta in canone hoc sit quae suadente diabolo, caus. 17. quest. 4. sit lata, an ferenda sententiae, non immerito dubitari potest. Non ignoro, quod saeculo decimo secundo, quo in Concilio Lateranensi sub Innocentio II. dictus Canon latus fuit, jam in Ecclesia erant in usu excommunicationes latae sententiae. Sed formula illa: *Anathematis subiaceat*, quae usus est praefatus Canon, non videtur importare excommunicationem latae sententiae. Haec formula (ut recte ait Van-Espen Jur. eccles. univers. part. 2. tit. 11. cap. 6. §. 26.) non videtur magis latam sententiam importare, quam haec: *Sit Anathematizatus: Sit sequestratus*; quae tamen juxta Gloss. in cap. 2. de For. competent. verb. *Sequestratus*, non nisi excommunicationem ferenda sententia significat.

Ceterum Doctorum interpretatione, tum usi fori, continet dict. Canon excommunicationem latae sententiae, quod sane sufficit, nam, ut inquit Paulus in L. 11. ff. de legibus, minime sunt mutanda quae interpretationem coram semper habuerunt. (Ad rem leg. 18. tit. 1. part. 1. 2. tit. 11. part. 6. 4. tit. 33. Reg. 37. tit. 34. part. 7.)

Yy 2

AR-

ARTICULUS XI.

Quinam ab incurso hujus excommunicationis excusentur, vel non?

SUMMARIUM.

- 1 **P**rimo ab incurso hujus excommunicationis excusantur, qui laborant ignorantia invincibili, tam juris, quam facti, nec eam incurruni, qui ex conscientia erronea censuram putant ubi non est, & alii casus recensentur, ad num. 13.
- 14 **Quinam non excusentur**, ad num. 27.
- 28 **Novæ addit. ex aliena manu**, ad num. 36.
- 1 **P**rimo ab incurso hujus excommunicationis excusantur, qui laborant ignorantia invincibili, tam juris, ut si quis invincibiliter ignorat ob Clerici percussione esse statutam excommunicationem; quam facti, ut si quis ignorat, eum, quem percussit, esse Clericum, & si res deducta sit ad forum externum, & de ignorantia ipsius dubitetur, sit ipse paratus etiam cum juramento suam ignorantiam probare; cap. Si vero 4. de sentent. excommuni. Sic qui percussit Laicum putans esse Clericum, contrahit quidem malitiam sacrilegii, sed non incurrit excommunicationem, quia ut hæc incurratur, debet re ipsa, & non tantum in apprehensione Clerico, vel statui clericali irrogari injuria; Delbene sect. 21. num. 1. La Croix lib. 7. num. 322. & alii passim, arg. cit. cap. Si vero 4. de sentent. excommuni. & sic de similibus; ut si quis ex conscientia erronea putet esse annexam censuram (quæ re vera annexa non est) actioni quam operatur, hic quidem gravius peccat, quatenus operatur contra suam conscientiam dicentem rem gravius prohibitam, at nullatenus incurrit censuram propter rationem allatam. Tum quia ignorantia invincibilis semper excusat ab incurso censuræ, textu expresso in cap. Ut animarum periculis 2. de constit. in 6. & concordat. cit. cap. Si vero 4. de sentent. excommuni. & tenent Doctores communiter. Secundo excusantur, qui Clericum percussit ad sui defensionem vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ; cap. Ex tenore 10. hoc tit. & cap. Significasti, de homicid. voluntar. lib. 5. tit. 12. ubi expressè: *Quamvis vim vi repellere omnes leges, & omnia jura permittant; tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam.* Tertio excusantur, qui fortuito, & subitanea ira, vel passione sine sufficienti deliberatione Clericum lædunt, ut colligitur ex cap. Si vero 3. de sentent. excommuni. & tenet expressè Gloss. ibidem verb. Fortuito: ubi dicit: *Tunc enim non imputatur, quia casus fortuiti prævideri non possunt.* Quarto excusantur Clerici se ad invicem percussiones ex mero joco, & levitate, & non ex odio, invidia, aut indignatione, quia, ut expressè habetur cap. Super 1. de sentent. excommuni. non potest in ipsis injunctio manuum violenta notari.
- 5 **Quinto excusantur percussiones Clericum, vel Monachum inventum turpia agentem cum matre propria, filia, sorore, & uxore, ut habetur expressè cap. Si vero 3. de sentent. excommuni.** Non excusantur autem, si occidant, vel percussant non statim ac in crimine deprehendantur, sed post tantum temporis spatium, quo justus dolor sedari potuit; tunc enim non amplius licet, sicut nec excusantur, si data opera in loco occulto Clericum, aut Monachum expectant, ut possint in crimine repertum occidere, nec si peccantem cum aliis consanguineis inveniunt, ut definitur cap. Si vero 3. §. Ceterum, de sentent. excommuni.
- 6 **Sexto mulieres percussiones Clericum, vel Monachum pudicitiam suam facto tentantes; cap. Si vero 3. & cap. Ex tenore 10. de sentent. excommuni.** Non excusantur autem, si à Clericis solis verbis aggrediantur: tunc enim debent solis verbis repellere, nisi Clerici taliter

essent molesti, ut mulieres se aliter liberare non possent, quam utendo fuste, verbera, pugnis, &c. ut advertunt communiter Canonistæ in cit. cap. Si vero, & cap. Ex tenore.

Septimo excusantur percussiones Clericum privilegiis clericibus à suo Episcopo privatam, vel publice exercentem macellum, vel munus tabernarii, vel artem mechanicam post trinam Episcopi monitionem; cap. unic. de vita, & honest. Cleric. Clement. 1. cod. tit. Octavo excusantur officiales laici percussiones Clericum involuntarie, & casualiter arcendo turbam, & omnes, qui ratione officii, quod in ecclesia obinent, repellunt turbantes divina officia; cap. Venientes 16. & cap. Cum voluntate 24. de sentent. excommuni.

Nono excusantur Clericum percussiones correctionis causa, ut magistri, seu præceptores, qui correctionis causa moderate castigant discipulos Clericos; cap. 3. cap. Ex tenore 10. & cap. Cum voluntate 54. de sentent. excommuni. Item parentes, & propinqui disciplinæ gratia filium, vel propinquum moderate, seu leviter percussunt; cap. Cum voluntate 54. de sentent. excommuni. Circa hos tamen est advertendum, quod si magistri, patres, & propinqui sint laici, habeant solum jus corrigendi, & puniendi Clericos in minoribus constitutos, non autem in sacris & majoribus Ordinibus, sicut expressè, & clare definitur in dist. cap. Cum voluntate: per præcisè verba: *Si quis vero ratione officii, quod in ecclesia obinet, vel etiam alii Clerici seniores zelo devotionis puros, vel adolescentes in minoribus Ordinibus constitutos turbantes divinum officium, & qui obtentu prelationis vel magisterii subditos, vel scholares correctionis causa leviter forsan percusserint, excommunicationis sententiam non incurrant, quod de his dicendum est, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum Ordinum simili modo, ut cohibeantur à suis insolentis, & scientia, bonisque moribus informantur, duxerint corripandos.* Et ratio est, quia nimis indecorum esset statui clericali, & plurimum vilesceret clericalis reverentia, si laicis potestas corrigendi per verbera in Clericos in sacris constitutos concederetur; hæc enim est opinio communior, quidquid dicant alii in contrarium ratione patris potestatis.

Decimo excusantur præ ceteris Prælati ecclesiastici, si correctionis causa Clericos, vel Monachos sibi subditos nedum in minoribus, sed etiam in majoribus Ordinibus constitutos juxta gravitatem culpæ castigaverint, dummodo id faciant per se, vel per alium Clericum, vel Monachum; dist. cap. Ex tenore, & cap. Cum voluntate: Si autem per laicum fecerint, tam Prælatum mandans, quam laicum mandatum exequens excommunicationem incurrit; cap. Universitatis 24. de sentent. excommuni. In casu vero quo necessitas urgeat, & Clericus, vel Monachus aliter quam per laicos à facinore compesci, & capi non possit, aut consuetudo sit, ut ecclesiastici per laicos ligentur, incarceration, immo, & torqueantur, tunc Prælati poterunt uti ministerio laicorum ad ipsos sic puniendos, & à facinoribus compescendis absque incurso Excommunicationis; cap. Ut famæ 35. vers. Laici, de sentent. excommuni.

Non excusantur autem, sed Canonis excommunicationem incurruni; Primo nedum manus violentas in Clericum, vel Monachum suadente diabolo injicientes, sed etiam id mandantes, dummodo effectus sequatur; cap. Mulieres 7. de sentent. excommuni. expressè his verbis: *« Illi vero, qui non per seipsos, sed eorum auctoritate, & mandato alii violentas injiciunt manus in Clericos, & ad Sedem Apostolicam sunt mittendi; cum is committat vere, cujus auctoritate, vel mandato delictum committi probatur. »* Mandans hæc incurrit excommunicationem, licet de mandato poeniteat, antequam suum mandatum fuerit effectuum, nisi mandatum revocaverit, & de revocatione ante executionem mandati mandatarum serio monuerit. Sicuti eam incurrit projiciens è recto lapidem cum deliberatione occidendi Clericum, quamvis statim post factum poeniteat, atque, si possit, revocaret; quia quantum est ex parte sua, operis prohibiti jam malitiam complevit, ut colligitur ex cap. Ad audentiam, de homicidio, & tenent Avila part. 2. cap. 5. dist. 1. pur.

put. 3. dub. 7. concl. 2. Egid. disput. 14. dub. 15. num. 163. Confectus summ. privileg. tit. 14. can. 3. Layman de excomm. lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 5. num. 7. & alii passim.

17 **Secundo non excusantur illi, qui licet non mandent violentam manuum injectionem in Clericum, vel Monachum, suo tamen nomine, gratia, vel intuitu factam signo aliquo externo ratihabent, ut expressè habetur cap. Cum quis 23. hoc tit. in 6. his verbis: « Cum quis absque tuo mandato manus injicit in Clericum tuo nomine violentas, si hoc ratum habueris, Excommunicationem » latam à Canone inculpante incurris. » Non autem eam incurruni, si rati habeant talem violentiam factam, non suo sed solum alterius nomine, ut aperte declarat idem textus: « Si vero injectio eodem tuo nomine non » fuit facta, tum licet pecces ratihabendo eandem, non » tamen propterea excommunicationis ullius vinculo in » nodaris, cum quis ratum habere nequeat quod ejus » nomine non est gestum. »**

19 **Tertio non excusantur, qui Clericum vel Monachum etiam absque ulla læsione corporali recludunt, vel detinent in carceribus publicis, vel privatis, vel in aliqua domo, vel alio in loco injurioso, & violenter retinent, ne exire possint, & quo voluerint, libere progredi nequeant; cap. Nuper 29. de sentent. excommuni.**

20 **Quarto non excusantur consules, auxilium ferentes, consentientes, sociantes; cap. Quanta 47. de sentent. excommuni. & Clementin. 1. de panis, ubi expresse inter reos hujus canonis enumeratur « qui injuriose, vel » temere percurserit, aut bannaverit, vel hæc mandave » rit fieri, vel socius in his fuerit facientis, aut consi » lium in his dedit vel favorem, &c. » Et de sociantibus homicidam etiam sine manuum injectione clarissime habetur cap. Sicut 1. de homicid. volunt. lib. 5. tit. 12. his verbis: « Illi autem, qui animo occidendi, feriendi, aut » capiendi illum sanctum ac Reverendum virum quon » dam Cantuar. Archiepiscopum citra manuum in » jectionem se fatentur venisse, si de illa captione mens » reus sequuta fuisset, pari poenitentia, vel foro pari » existerent puniendi. »**

21 **Quinto non excusantur omnes illi, qui ex officio, vel alio titulo tenentur, & possunt sine suo gravi incommodo hanc violentam manuum injectionem impedire, & non impediunt, si que tacite consentiunt, & permittunt, ut superiores omnes sive ecclesiastici, sive seculares potentes impedire suos subditos ab his violentis, & non impediunt; Parentes non impediunt filios, & domini, & officiales non advertentes servos, & milites cum possint; cap. Quanta 47. de sentent. excommuni. « Non autem solos violentie hujusmodi Auctores præsumptio » aliquorum existimet puniendos, sed facientes, & consensientes pari poena plebentis catholica condemnat » auctoritas. Eos delinquentibus favere interpretamur, » qui cum possint, manifesto facinori desinunt obviare; » & Gloss. hic verb. *Quidam* clare innuit, « quod, qui aucto » ritate habet ex officio, & non prohibet, si potest, » est vero excommunicatus. »**

22 **Sexto non excusantur percussiones Clericum etiam in sui percussione consentientem, quia licet talis percussio non sit violenta respectu Clerici voluntarie percussi, est tamen violenta, & injuriosa respectu status clericalis. Canon enim iste non tam pronuntiatus est in favorem Clerici, quam in favorem status clericalis; cap. Contingit 36. de sentent. excommuni. ubi etiam præcipitur excommunicari Clericus permitens se percussit. Si quis autem Clericum post prohibitionem hujusmodi, sponte se sub » jecerit, excommunicatur. Immo per Sperell. decis. 45. num. 72. Barbosam, & alios triginta gravissimos Auctores, Clericus incurrit hæc excommunicationem se ipsum percussione, si hoc faciat ex malitia, & passione, animo irato, & non ex fervore devotionis, quia injuriam facit ordini clericali, pro cujus decore, & indeminatè potissimum promulgatus est Canon *Si quis suadente.***

24 **Septimo non excusantur, qui venenum Clerico, vel Monacho propinant, maxima enim offensio, & violentia, resultat propinatione veneni, cujus ministerio, & instrumento propinans personam Clerici, vel Monachi**

violenter tangit, cum venena de se apta sint mortem inferre. Immo hæc excommunicatio incurritur statim ab initio propinati veneni, quia venenum calefactum in stomachum statim incipit agere, & quamvis forte non sequatur mors, hoc est præter intentionem propinantis, & per se non stetit, per venenum enim esse violentia illata personæ sumenti, quæ per illud incipit violenti disponi ad mortem; Sperell. decis. 20. num. 21. Claudius la Croix, Bea, Mattheucci, & alii passim cum Lezana tom. 3. verb. Clericus, num. 7.

Octavo non excusantur percussiones Petrum Clericum, credentes illum non esse Petrum, sed Paulum similitur Clericum; & ratio est, quia tam intentio, quam opus exterum est injuriosum statui clericali, propter cuius reverentiam imposita est Excommunicatio. Nec ulla ignorantia excusat in hoc casu, cum percussus habeat intentionem percussendi Clericum, & re ipsa percussat unum Clericum, licet credat esse alium Clericum; colligitur ex cap. Si vero 2. num. 4. de sentent. excommuni.

Nono non excusantur percussiones Clericum, vel Monachum etiam mortuum, vel male tractantes ejus cadaver; privilegium enim hoc etiam in Clerico mortuo perseverat, & qui ipsum offendit, est adhuc injuriosus statui clericali; sic tenent Pignatelli tom. 6. consulti. 5. num. 3. Sperell. decis. 21. num. 25. Engel tit. 32. §. 1. num. 5. & alii passim cum Felino in cap. A nobis 2. num. 4. de sentent. excommuni.

10 **Quæri hic solet, an percussiones Clericum in defensionem tertii incurrat necne excommunicationem, de qua disseritur? Negatur, propterea quod defensio innocens, respectu cujuscumque aggressoris sui maxime naturalis, & suo modo debita vel saltem licita, cap. Delicto, de sentent. excommuni. ut nulla ex eo actu debeat resultare poena, dummodo non cesset vera & justa ratio defensionis; Zoes. in Decret. lib. 5. tit. 39. num. 56. Suarez de censur. disputat. 22. sect. 1. num. 39.**

11 **Quod dicitur in cap. 3. de sententia excommuni. percussentem scilicet Clericum turpia agentem cum matre, filia, sorore, & uxore, non incurtere excommunicationem, id intelligendum tam de copula, quam de aliis actibus turpibus; Suarez de censur. disputat. 27. sect. 1. num. 37. Nomine uxoris venit etiam sponsa de præsentibus, non item de futuro. Sed an nomine matris veniat, tum an nomine filiarum veniat neptis, non conveniunt Doctores. Negat idem Auctor citat. loco num. 36.**

12 **Percussiones Clericos privatos privilegii clericalibus à suo Episcopo non incurtere excommunicationem, recte ait Auctor num. 7. Clerici autem privati privilegii clericalibus sunt degradati, non item depositi, nisi post depositionem sequatur incorrigibilitas. Sed an requiratur Judicis declaratio; Affirmat. Zoes. in Decretal. lib. 5. tit. 39. num. 43. qui tamen alios tradit casus, in quibus sola incorrigibilitas post trinam monitionem privat privilegio clericali.**

13 **Quod ait Auctor num. 23. Clericum seipsum percussentem incurtere excommunicationem, intellige cum Zoesio in Decretal. dist. lib. 5. tit. 39. num. 66. quatenus percussio inducit gravem læsionem in proprio corpore, ut ei conveniat ratio canonis, quia leditur favor publicus status clericali, Clericum vero consentientem sui percussioni non incurtere excommunicationem patet ex cap. 36. de sentent. excommuni. in quo habetur, consentientem excommunicandum, quod est argumento non incurrisse excommunicationem. §.**

14 **(Repete quæ verb. Censura, adjecta inveniuntur & si attente in respectibus legibus tit. 9. p. 1. ibi citatis omnia perlegeris, animadverte in nihilo fere discipulare ab hic & antec. art. expositis; erit cullibet admiratione dignum, si quod in dist. verb. Censura, est promissum, hic non sit adimpletum; quid amplius, in ipsis legibus contentum, notare pollicitus fui; sed intentionem depressit eventus, nam adversa valetudo subito se interposuit, & lenta effugia sanguini præbere, Apollinæ facultatis professoribus fuit visum necessarium: per consequens insipientia mea per quam manifestum apparet, si laborem, nullam in præsens mihi utilitatem afferentem, eo tempore inverterem, quo magnum saluti præjudicium inferret: ideo,**

ideo, Lector, æquo animo sustine, & dict. tit. recog- nosce.)

ARTICULUS XII.

Quinam ab excommunicatione canonis possint absolvere, vel non.

SUMMARIUM.

- 1 **P**ercussio, seu violenta manuum injectio in Clericum est triplex levis, mediocris, & enormis.
- 2 Quæ sit levis.
- 3 Quæ sit mediocris.
- 4 Quæ sit enormis.
- 5 Percussio, seu injuria de se non gravis, & enormis, potest esse enormis ratione qualitatis personæ offensæ, & loci, in quo offenditur, ad num. 6.
- 7 In articulo mortis, & in absentia superioris, ad quem de jure spectat absolutio, quilibet Sacerdos potest absolvere ab hac excommunicatione, etiam per percussorem enormem contracta, sicuti de qualibet alia, cum onere ut elapso periculo absolutus compareat coram superiore, ad exequendum, quod ille præscriperit, ad numer. 8.
- 9 Extra articulum mortis possunt ab excommunicatione canonis etiam per percussorem mediocrem, & enormem contracta absolvi Legati à latere.
- 10 Et isti Legati à latere possunt absolvi omnes undecumque advenientes.
- 11 Legati autem missi, sive Nuntii Apostolici possunt solum absolvi eos, qui sunt in provincia sua legationis.
- 12 Extra mortis articulum possunt Episcopi absolvi ab hac excommunicatione contracta ob percussorem levem etiam publicam.
- 13 A contracta vero ob percussorem mediocrem, & enormem possunt absolvi tantummodo si sit occulta, & si fuerit publica, possunt ab ea absolvi, si persona excommunicata sint impeditæ addere Pontificem impedimento perpetuo, vel longissimi temporis.
- 14 Si impedimentum est perpetuum, absolviunt sine onere comparandi; si impedimentum est solum temporale, absolviunt cum onere comparandi cum primo commode poterunt, aliàs reincedunt in aliam similem excommunicationem.
- 15 Prelati Regulares an possint suos subditos, & novitios absolvi ab excommunicatione contracta ob quamcumque percussorem, etiam enormem; ad num. 17. & vide verb. Prelatus Regularis, num. 31.
- 18 Regularis percussus Religiosum alterius Ordinis debet absolvi ab ambobus eorum Prelatis.
- 19 Et si Religiosi illi ad invicem, & mutuo se percusserint, poterit quilibet Superior suam subditam absolvi.
- 20 Regularis percussus Clericum secularem potest absolvi à proprio Superiore Regulari de licentia Episcopi Diocesani, vel ab ipso Episcopo.
- 21 Moniales exemptæ se invicem etiam graviter, & enormiter percussentes possunt absolvi à suis Prelatis Regularibus; vel ab aliis ab ipsis deputatis.
- 22 Moniales vero subjectæ Ordinariis, se invicem, vel Clericos percussentes absolviunt ab Episcopo, etiam si percussio sit gravis, & enormis.
- 23 Regulares intra Italiam, & extra Urbem possunt absolvi seculares à percussione levi solummodo, si ab Episcopo habeant facultatem absolvendi à casibus ipsi reservatis.
- 24 Substantur supplementa Auctoritatis, ad num. 25.
- 26 Addit. ex aliena manu, &c.
- 1 **A**d faciliorem hujus Tituli intelligentiam prænotandum est, quod percussio, seu violenta manuum injectio in Clericum dividitur in levem, mediocrem, & enormem; 2 cap. Pervenit, de sentent. excommun. Levis est, quæ fit

sine religione maculæ, seu signi percussio in corpore, ut quæ fit manu, pede, digito, baculo, lapide nullam maculam externam, seu contusionem relinquentem. *Mediocris est*, quæ fit cum religione maculæ, seu signi percussio in corpore sine mutilatione, aut lethali vulnere, ut quæ fit cum dentium, aut magna capillorum evulsione, cum carnis suppellatione, cum magna sanguinis effusione, cum vultus fedatione, vestium effractione, & similibus. *Enormis est*, quæ fit cum gravi vulnere, mutilatione, aut magna sanguinis effusione, non à naribus, sed à magno vulnere proveniente; cap. Cum illorum 32. de sentent. excommun. §. Quid sit claustrales. Et percussio, seu injuria de se non gravis, & enormis, potest esse enormis ratione qualitatis personæ offensæ, & loci, in quo offenditur; ratione personæ offensæ est enormis, cum percussit licet leviter Episcopus, Abbas, vel à subdito suus superior, à filio suus pater, à discipulo suus magister, ex *cap. cum illorum*; & Fagnan. ibi: num. 21. Ratione loci fit enormis, cum fit publice, e. g. in theatro, in foro, in conspectu superioris, Judicis, in ecclesia & cæmeterio; ex *cap. Qui sevis* 17. q. 4. & ex Fagnan. *loc. cit.* num. 23. His prænotatis resolves.

In articulo mortis, & in absentia superioris, ad quem de jure spectat absolutio, quilibet sacerdos potest absolvi ab hac excommunicatione, etiam per percussorem enormem contracta, sicuti à qualibet alia, cum onere, ut elapso periculo absolutus compareat coram superiore ad exequendum quod ille præscriperit; cap. Eos qui, de sentent. excommun. in 6. & cap. Excommunicatus, de sentent. excommun. inter Extravag. commun. §. Decevimus: Et signanter dicitur in absentia superioris ad quem de jure spectat absolute, quia certum est ex mox laudatis cap. Eos qui &c. & cap. Excommunicatus &c. à censura excommunicationis reservate neminem in mortis articulo absolvi posse, si facilis sit recursus ad superiorem, ad quem absolutio de jure spectat; ibi enim §. Decernimus sic clare statuitur: "Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum absque speciali mandato nostræ absolutiois beneficium valeat obtinere, nisi forsitan ad nos habere accessum non posset in mortis articulo constitutus."

Extra articulum mortis possunt ab excommunicatione canonis etiam per percussorem mediocrem, & enormem contracta absolvi Legati à latere, quia licet hac excommunicatione in Canone *Si quis suadente diabolo* sit specialiter reservata Romano Pontifici, ex declaratione tamen ejusdem extensa intelligitur facultas absolvendi Legatis à latere, quibus constat hanc absolvendi facultatem competere ex officio legationis, ex *cap. Ad eminentiam*, de sentent. excommun. Et isti Legati à latere possunt absolvi omnes undecumque advenientes. Legati autem missi, sive Nuntii Apostolici possunt solum absolvi eos, qui sunt in provincia suæ legationis, ut expresse colligitur ex textu in *cap. penult. de officio Legati*.

Extra mortis articulum possunt Episcopi absolvi ab hac excommunicatione contracta ob percussorem levem etiam publicam; cap. Pervenit 17. de sentent. excommunicati. A contracta vero ob percussorem mediocrem, & enormem possunt absolvi tantummodo, si sit occulta, ex Trident. *sess. 24. de reform. cap. 6.* ubi expresse habetur; "Licet Episcopis... in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis delinquentes quoscumque sibi subditos in diocesi sua per se ipsos, aut Vicarium aut id specialiter deputandum in foro conscientie gratis absolvi imposita peenitentia salutari." Et si fuerit publica, possunt ab ea absolvi, si personæ excommunicatæ sint impeditæ addere Pontificem impedimento perpetuo, vel longissimi temporis *cap. Mulieres* 6. *cap. De cetero* 11. *cap. Et ea noscitur* 13. *cap. De monialibus* 33. & *cap. Quamvis* 58. de sentent. excommun. Si impedimentum est perpetuum, absolviunt sine onere comparandi; si impedimentum est solum temporale, absolviunt cum onere comparandi cum primo commode poterunt, aliàs reincedunt in aliam similem excommunicationem; ex *cap. Eos, qui, de sentent. excommun. in 6.* & *cap. De cetero* 11. *tit. 39. de*

sentent. excommun. Quinam autem censeantur impediti addere Roman; vid. *verb. Absolutio art. 1. num. 6. 7. & 8.*

15 Prelati Regulares (pro quibus in hoc veniunt superiores locales Conventum ex decreto *Visitationis Apostolicæ* 13. Martii 1601.) possunt suos subditos, & Novitios absolvi ab excommunicatione contracta, nedum ob percussorem levem, & mediocrem, ex *cap. Monachi*, *cap. Illorum* §. Si Claustrales, & *cap. Canonica de sentent. excommun.* sed etiam ab excommunicatione contracta ob percussorem enormem, ex Bullis Clementis IV. *incip. Virtute conspicuus*; Sixti IV. *incip. Regimini*; Julii II. *incip. Exponi Nobis fecisti*; & Pauli III. *incip. Licet debitum*; inter enim excessus enormes in istis constitutionibus exceptos, pro quorum absolute sit à Regularibus Sedes Apostolica audeunda, non repetitur percussio enormis, & casus excepti per omnes firmant regulam in contrarium, & in non exceptis neque constat de expressa, & specifica Sanctæ Sedi reservatione absolute à percussione etiam enormi, quæ se Regulares offendunt. Tum quia Clemens VIII. in suo decreto edito 26. Maii 1593. pro limitatione casuum reservabilium à Prelatis Regularibus, statuit posse ab ipsis inter alios sibi reservare occisionem, aut vulnerationem, seu gravem percussorem cuiuscumque personæ, sed per hanc concessionem Pontifex aperte supponit in Prelatis Regularibus veram facultatem absolvendi suos subditos à tali enormi, & gravi percussione, cum certe constat nullum Prelatum posse sibi reservare censuram, à qua non possit ipse absolvi; aliàs superflua esset, & frustanea Pontificis dispositio. Et hoc evidenter ostenditur per ea, quæ Urbanus VIII. confirmans ipsum decretum Clementis in decreto de expresso ejus mandato edito à *Congr. Concil. die 21. Septembris* 1614. subjungit: *Sanctissimus deinceps declarat, ut hujusmodi Regularium Confessarius casus aliquos reservati facultatem penitentibus superior dare noluisset, postquam nihilominus Confessarii illa vice penitentibus Regularibus, etiam non obstante à superiore facultate, absolvi, sed Pontifex per hæc verba facultatem penitentibus superior dare noluisset, manifeste, & evidenter supponit Prelatos Regulares per se ipsos, vel alios, quibus id commisserint, posse proprios subditos ab omnibus illis casibus absolvi; ergo certissime constat posse Prelatos Regulares suos subditos per se, vel per alios absolvi à percussione etiam gravi, & enormi. Sic firmiter Donatus tom. 1. *part. 1. tractat. 13. quest. 17.* & *tom. 2. tractat. 11. quest. 17.* & 18. *Anaclet. lib. 5. Decret. tit. 39. de sentent. excommun. num. 255.* Felix Petrus. *tom. 1. part. 4. n. 378.* Lezana *tom. 1. cap. 18. num. 3.* Tamburin. *de jure Abbat. tom. 2. disp. 13. quest. 10. num. 6.* Hasbenses, Rodriquez, Layman, Sorbo, Mattheucci, Engel, & alii plerumque. Vide tamen *verb. Prelatus Regularis num. 32.**

18 Regularis percussus Religiosum alterius Ordinis debet absolvi ab ambobus eorum Prelatis; ex *cap. Cum illorum*, *verb.* Si vero claustralis 23. de sentent. excommun. ubi expresse habetur: *Si vero claustralis aliquis in Religiosam personam alterius claustralis manus injecerit violentas, per Abbatem propriam, & ejus, qui passus est injuriam, absolvatur, quod ex Molina de jure, & Justitia tract. 3. disp. 60. num. 5. & Engel, lib. 5. tit. 39. de sentent. excommun. sic debet intelligi, ut absolutio, & executio penæ fiat per Prelatum Religiosum penitentem tamquam per Judicem Ordinarium, cum consensu tamen, & præsentia Prelati Religiosi offensis tamquam Actoris super injuria sui Religiosi, nisi Prelatus Religiosi offensis totum hoc negotium remiserit Prelato Religiosi offendentis. Et si Religiosi illi ad invicem, & mutuo se percusserint, poterit quilibet superior suum subditum absolvi, quia tunc injuria compensatur, sic Felix Marius p. 626. num. 9. Regularis percussus Clericum secularem potest absolvi à proprio superiore Regulari de licentia Episcopi Diocesani, vel ab ipso Episcopo; ex *cap. Religiosi* 21. de sentent. excommun. in 6. vel à Sede Apostolica ex *stilo Curie* *cap. Cum illorum* 32. de sentent. excommun. Vide infra num. 24.*

21 Moniales exemptæ se invicem etiam graviter, & enormiter percussentes possunt absolvi à suis Prelatis Regularibus, vel ab aliis ab ipsis deputatis; quia privilegia

Regularibus concessa eorum monialibus communicantur, ut expresse concedit Sixtus IV. in Bulla aurea monialibus Predicatorum, & Minorum, & signanter pro Monialibus S. Clare concedit Leo X. constit. *Cum sicut* Gregorius XIII. constit. *Ex benigne Sedis*, & Pius V. constit. *Et si Medicamentum*, in quibus confirmant privilegia Fratrum Minorum de Observantia, & Monialium S. Clare, & Terii Ordinis S. P. Francisci, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus. Moniales vero subjectæ Ordinario se invicem, vel Clericos percussentes absolviunt ab Episcopo, etiam si percussio sit gravis, & enormis; *cap. De monialibus* 33. de sentent. excommun. Regulares intra Italiam, & extra Urbem possunt absolvi seculares à percussione levi, si ab Episcopo habeant facultatem absolvendi à casibus ipsi reservatis: non enim possunt sola sua facultate propria, cum per decretum jussu Clementis VIII. editum 26. Novembris 1602. sit absolute reservata private ad ipsos violenta manuum injectio in Clericos juxta canonem: *Si quis suadente diabolo* 17. *quest. 4.*

Ad dicta sub verbo Excommunicatio art. 1. num. 20. addendum est, quod Abbas, seu Superior Regularis non potest absolvi Monachos sibi subjectos à percussione Clerici secularis, ut expresse respondit Sacr. Congregat. Concilii in *Mediolanen. Censuram* 2. Decembris 1719. ad 5. dubium, in qua causa, cum alia ad rem facientia proposita, & resoluta fuerint, hic pro uberiori noticia ad literam subnectuntur prout referuntur in thesauro resolutionum S. C. C. *tom. 11. in dicta Mediolanen. Censuram*, ibi: In oppido civitatis Mediolanensis diocesis conebium extat Monachorum Montis Oliveti, cum Abbatia commendata Eminentissimo Cardinali Odescalco Archiepiscopo. Penes Abbatem Commendatarium stare dicitur cura habitualis; ecclesia etiam conebium est parochialis, & cura actualis exercetur à perpetuo Vicario. Inter Monachos & Vicarium jurgia, & conventiones sæpius exorta sunt. Cum autem die 26. mensis Januarii anni præteriti 1718. Livius Bezzana Vicarii junere fungens percussus fuerit à duobus Monachis, ab Antonio videlicet Petragrossa Sacerdote, & ab Alexandro Fumagallo Laico converso, nonnulla Acta in curia archiepiscopali gesta fuerunt, de quorum validitate in præsentem est disputandum, uti desumitur ex primo dubio mox referendo, & ex ceteris inter partes concordatis; cumque hinc inde scripturæ distribuuntur, dignabuntur E. VV. decernere.

I. An Acta hæc facta per curiam archiepiscopalem Mediolan. contra Rev. Patrem Antonium Petragrossa, & Fratrem Alexandrum Monachos sustineantur, in casu &c.

II. An liceat eidem curiæ archiepiscopali declarare, vel saltem denunciare excommunicatos, in vim canon. *Si quis sustinere*, dictos Monachos, in casu &c. & quatenus negative.

III. An constet de sufficienti punitione facta per dictum Abbatem Regularem, in casu &c. & quatenus negative.

IV. An, quomodo, & quibus poenis sit procedendum contra dictos Monachos, in casu &c.

V. An liceret eidem Abbati Regulari absolvi prædictos Monachos à censuris, si quas incurrerint, in vim dicti Canon. *Si quis suadente*, in casu &c.

Eadem Sacr. Congreg. Concil. in dicti Mediolan. Censuram die 2. Decembris 1719. Respondit.

Ad primum affirmative, excepto monitorio expedito die 14. Februarii 1718. necnon excepta citatione expedita die secunda ejusdem anni. Ad secundum, licere (renovata tamen citatione juxta instructionem) declarare Fratrem Alexandrum, nec non P. Antonium, quatenus delictum habeatur pro notorio, & quatenus habeatur tantum pro publico, licere denunciare, id est præcipiendo suis parochis, & archidibus universis, ne eos admittant intra ecclesias sibi subjectas, & non conversentur cum eodem. Ad tertium negative. Ad quartum detrahendos nomine Sacræ Congregationis in carcerem for-

malem, & per Abbatem certioretur Eminentissimus Episcopus de peena delinquentibus imposita. Ad quintum negative. De materia hujus articuli consule, si libet, Zoes. in Decretal. lib. 5. tit. 20. num. 165. 13. (Iteretur adnotatio in fine articuli præcedentis assignata.)

EXECUTOR LITERARUM APOSTOLICARUM.

SUMMARIUM.

- 1 Executorum duplex genus, & quomodo unum ab altero dignoscatur, ad num. 7.
2 Executor quid facere debeat ante executionem literarum Apostolicarum, ad num. 8.
10 Executor literarum Apostolicarum an procedere possit absque illarum exhibitione in Cancellaria Episcopali.
11 An possint Ordinarii executionem literarum Apostolicarum impedire, vel eas exequi cumaliter saltem cum Executor deputato, ad num. 12.
13 Dispensationum Matrimonialium commissioes quibus demandari solent, quibus vero non, ad num. 19.
20 Quas literas Apostolicas Vicarius Capitalis exequi possit, vel non, ad num. 32.
33 Executor quomodo se gerere debeat in executione, & an possit unquam aliquid accipere pro eadem, ad numer. 38.
39 Quam debent, vel possint jure, vel privilegio in Executoribus eligi dispensationis exequi potest, Felini. cap. final. num. 38. de præsumpt. alique adducti à Rota in dec. 508. num. 2. cum sequenti. coram Pamphili. & dec. 209. num. 4. coram Davari. Card. Petra loc. cit. num. 10.
Dispensationum matrimonialium commissioes, si extra curiam fiant, locorum Ordinariis, vel eorum Vicariis Generalibus solent demandari, sic praxis quotidiana, & est ad tenorem Concilii Tridentini sess. 24. cap. 5. de reformat. & Rota coram Molino dec. 693. num. 2. Vicariis Prelatorum inferiorum jurisdictionem quasi episcopalem habentium, non committuntur, cum hi Vicarii in dignitate ecclesiastica non sint, nec eorum officium dignitas æquiparetur. Garzias de benef. part. 6. cap. 2. §. 1. num. 147. Barbosa Juris eccles. univers. lib. 1. cap. 5. num. 29. & alii passim; & sic servare stylium curiæ testatur Pirrius Corrad. in præxi dispensat. Apostol. leg. 7. cap. 4. num. 57. ubi etiam asserit sic fuisse à Sacra Congregat. decisum. Excipit tamen dictus Pirrius Vicarium Abbatem Montis Cassinen. quem asserit esse in possessione, ut sibi hæc commissioes diriganter ex Indulto specialis Sixti V. Ad illos solos Prelatos sunt dirigende, qui jurisdictionem quasi episcopalem exercent & sunt nullius diocesis; Seraphin. dec. 1052. num. 1. Cocchi. dec. 346. num. 7. Rota in novissimis dec. 45. num. 4. coram Merlino, & sic fuisse à Sacra Congregat. decisum de anno 1593. in una Prioratus de Valca. Ordinis S. Jacobi, testatur idem Garzias loc. cit. num. 142. ubi refert verba dictæ decisionis, ut sequitur: Sacra Congreg. censuit, dispensationes matrimoniales, & alias quascumque subditis inferiorum Episcopis à Sede Apostolica concedantur, si eas extra Romanam Curiam committi contigerit, & illi inferiores nullius diocesis existant, & jurisdictionem quasi episcopalem habeant, eisdem inferioribus, non autem vicinioribus Episcopis esse committendas. Hieronymus Cardinalis Matthæus.
Brevis directæ constitutus in dignitate possunt expediti per Canonicos cathedralis; Gloss. in leg. Vel universorum ff. de pignoratitia actione. Genuens. in præxi cap. 69. num. 10. Vincentius de Justis de dispensatione matrimonial. lib. 1. cap. 5. num. 14. & alii. Matrimonialis tamen dispensationes Canonicis cathedralis non committuntur; De Justis ibidem num. 15. Immo nec Sede episcopali vacante hujusmodi dispensationes committuntur Vicario Capitali, sed Episcopo viciniori, seu ejus Vicario Generali quo casu literæ commissiois de stylo curiæ concipiuntur sub ista forma: Discretionis tue &c.

Executor alius est merus, & alius mixtus. Executor merus est, qui post negotium jam plene discussum deputatur, ita ut nihil aliud illi restet nisi actualis executio; leg. Execut. 8. C. de exec. rei jud. & leg. Sicut proponis 6. C. eod. Unde Executori committitur nudum, seu merum exercitium executionis absque exercitio jurisdictionis, uti communiter fit in literis gratiosis Papæ; si tamen adsit legitimus contradicitor, & possessor in beneficio, tunc ex mero efficitur mixtus. Executor mixtus est ille, qui simul partes Judicis assumit, ut si Papa ei committat in forma dignum, tunc enim examinare debet narrata &c. ubi è contra executor merus non cognoscit de subreptione, sed hanc advertens nude cessat ab executione; Rosa de executione liter. apostol. part. 1. cap. 6. à num. 2. & communis aliorum. Quando in rescriptis additur Vocato Titio, tunc executor est mixtus, præsertim quando Papa ipse non facit gratiam, sed committit faciendam; Rosa loc. cit. cap. 8. num. 1. & alii passim. Sic efficitur executor mixtus per clausulam Amoto; Rota part. 2. dec. 159. num. 3. part. 3. dec. 451. num. 3. part. 16. dec. 107. num. 6. part. 18. tom. 2. dec. 420. num. 17. Card. de Luca de benef. disc. 73. num. 24. de jure patron. disc. 51. sub num. 6. Et per clausulam constitutus; Rota part. 5. tom. 1. dec. 65. num. 7. & 8. Card. de Luca de benef. disc. 72. num. 6. disc. 73. num. 24. Vel per alteram dummodo verificato jure patronatus; Rota part. 8. tom. 2. dec. 410. num. 2. Card. de Luca de jure patron. disc. 51. sub num. 6. Et per clausulam vocatis vacandis, vel accedente consensu; Rota part. 1. dec. 22. num. 3. part. 25. dec. 525. num. 7. part. 16. dec. 222. num. 6. Card. de Luca de benef. disc. 48. num. 4. disc. 72. num. 6. disc. 73. num. 24. de jure patronat. disc. 41. sub num. 6.

de alienat. disc. 13. num. 5. Item efficitur executor mixtus per clausulam dummodo non sit alteri jus questum; Rota part. 4. tom. 1. dec. 451. num. 17. Executor Apostolicus debet in primis requirere justificationem literarum apostolicarum; Rota part. 3. rec. dec. 129. num. 5. Non enim eas exequi debet absque earum justificatione; Rota part. 7. dec. 147. num. 5. Nec potest procedere ante illarum præsentationem; Rota part. 1. dec. 166. num. 11. Secus injuste procederet; Rota part. 11. dec. 329. num. 5. part. 11. dec. 369. num. 14. Executor literarum apostolicarum procedere potest absque illarum exhibitione in cancellaria episcopali; Sacra Congregat. Concilii in Turritana 15. Novembris 1704. ibi: II. An executores deputati in literis apostolicis procedere valeant absque illarum exhibitione in cancellaria archiepiscopali? & quatenus negative, III. An Archiepiscopus procedere possit in casu contraveniens? IV. An rescripta apostolica emanata contra Archiepiscopum, ejusque officiales, certis executoribus directæ, sint exhibenda in ejus cancellaria? Sacra Congregat. respondit ad 2. affirmative, ad 3. & 4. negative, lib. 54. dec. pag. 415. Executionem literarum apostolicarum impedire non possunt Ordinarii ex decreto Concilii Tridentini; Gregorius enim XIII. constituit. incipient. Ad Romanos: expresse declaravit, quod ex literarum apostolicarum executione eidem Conciliarii decreto nullumode contravenitur; quapropter nemo deinceps audeat sub hujusmodi cavillationis prætextu earumdem liberam executionem impedire, sive executores molestare; Card. Petra tom. 4. commentar. in const. 2. Martini V. num. 9. Ordinarius nec cumulative cum executore deputato literas apostolicas exequi potest; Felini. cap. final. num. 38. de præsumpt. alique adducti à Rota in dec. 508. num. 2. cum sequenti. coram Pamphili. & dec. 209. num. 4. coram Davari. Card. Petra loc. cit. num. 10. Dispensationum matrimonialium commissioes, si extra curiam fiant, locorum Ordinariis, vel eorum Vicariis Generalibus solent demandari, sic praxis quotidiana, & est ad tenorem Concilii Tridentini sess. 24. cap. 5. de reformat. & Rota coram Molino dec. 693. num. 2. Vicariis Prelatorum inferiorum jurisdictionem quasi episcopalem habentium, non committuntur, cum hi Vicarii in dignitate ecclesiastica non sint, nec eorum officium dignitas æquiparetur. Garzias de benef. part. 6. cap. 2. §. 1. num. 147. Barbosa Juris eccles. univers. lib. 1. cap. 5. num. 29. & alii passim; & sic servare stylium curiæ testatur Pirrius Corrad. in præxi dispensat. Apostol. leg. 7. cap. 4. num. 57. ubi etiam asserit sic fuisse à Sacra Congregat. decisum. Excipit tamen dictus Pirrius Vicarium Abbatem Montis Cassinen. quem asserit esse in possessione, ut sibi hæc commissioes diriganter ex Indulto specialis Sixti V. Ad illos solos Prelatos sunt dirigende, qui jurisdictionem quasi episcopalem exercent & sunt nullius diocesis; Seraphin. dec. 1052. num. 1. Cocchi. dec. 346. num. 7. Rota in novissimis dec. 45. num. 4. coram Merlino, & sic fuisse à Sacra Congregat. decisum de anno 1593. in una Prioratus de Valca. Ordinis S. Jacobi, testatur idem Garzias loc. cit. num. 142. ubi refert verba dictæ decisionis, ut sequitur: Sacra Congreg. censuit, dispensationes matrimoniales, & alias quascumque subditis inferiorum Episcopis à Sede Apostolica concedantur, si eas extra Romanam Curiam committi contigerit, & illi inferiores nullius diocesis existant, & jurisdictionem quasi episcopalem habeant, eisdem inferioribus, non autem vicinioribus Episcopis esse committendas. Hieronymus Cardinalis Matthæus. Brevis directæ constitutus in dignitate possunt expediti per Canonicos cathedralis; Gloss. in leg. Vel universorum ff. de pignoratitia actione. Genuens. in præxi cap. 69. num. 10. Vincentius de Justis de dispensatione matrimonial. lib. 1. cap. 5. num. 14. & alii. Matrimonialis tamen dispensationes Canonicis cathedralis non committuntur; De Justis ibidem num. 15. Immo nec Sede episcopali vacante hujusmodi dispensationes committuntur Vicario Capitali, sed Episcopo viciniori, seu ejus Vicario Generali quo casu literæ commissiois de stylo curiæ concipiuntur sub ista forma: Discretionis tue &c.

cum ut dicti Oratores asserunt, sedes episcopalis N. præpresens vacet, & Venerabilis Frater noster Episcopus N. viciniori Ordin. qui nunc vivat, existat, per apostolicas scriptas mandamus &c. Sic refert & tenet De Justis loc. cit. num. 22. & tenet Garzias de benef. p. 6. cap. 2. num. 44. Squillant. de privileg. Clericor. cap. 2. num. 200. Cevall. qq. comm. contra commun. quest. 771. num. 9. Monacell. tom. 2. tit. 16. form. 10. sub num. 14. Barbosa Juris eccles. univers. cap. 32. num. 58. cum multis aliis, ubi refert sic declarasse Sac. Congreg. Concil. sub die 23. Maii 1622. nempe dispensationes matrimoniales directas Episcopo, & ejus Vicario Generali, si Sedem vacare contingat, non posse per Vicarium capitularem exeri. Nec etiam Vicarius capitularis Sede vacante potest exequi literas apostolicas in forma dignum & Episcopo defuncto directas; Sac. Congreg. Concil. in Camerinen. 2. Augusti 1631. Potest tamen Vicarius Capitalis executioni demandare literas directas Episcopo per Sacram Congregationem, & ab illo non executas; Congregat. Episcop. in Mesran. 10. Aprilis 1615. Item Vicarius capitalis potest exequi omne id, quod Episcopo mortuo per Bullam, seu Breve in causis jurisdictionem importantibus erat concessum; Sac. Congreg. Episcop. in Tranen. 26. Januar. 1604. & in Neapolitana 10. Februarii ejusdem anni 1604. Item Vicarius capitalis potest perinde ac Vicarius Episcopi esse executor gratiarum, & literarum apostolicarum tamquam in dignitate constitutus; Sperell. dec. 31. num. 5. Sbrozius de offic. Vicar. lib. 2. quest. 23. num. 3. De Justis loc. cit. num. 20. & alii. Deputato Vicario non potest exequi Episcopus, nec è contra; quoad hujusmodi enim dispensationum executione ille solus procedere potest, cui commissæ est dispensatio; quia ista facultas competit Jure delegato, & non ordinario, ut recte Trullench. oper. moral. tom. 3. lib. 7. cap. 10. dub. 6. num. 5. Sperell. dec. 97. num. 107. & 110. Dec. in cap. Quoniam, de offic. delegat. & ibi Abbas num. 15. Reiffenstuel in appendice ad lib. 4. decret. num. 298. & cum multis aliis De Justis loc. cit. num. 55. & 72. Et si aliquo casu facta esset commissio Episcopo, vel ejus Vicario, tunc facta præsentatione uni, non possit alter se intrromittere; cap. Cum plures 8. de offic. delegat. in 6. Piascius in præxi. Episcop. part. 2. cap. 4. num. 7. Sperell. dec. 97. num. 11. Gratianus disceptat. 26. Forens. cap. 92. num. 7. & alii. Si Vicarius delegatus mortuus sit, vel ab officio remotus, debeant literæ per successorem in vicariatu executioni demandari; Garzias de benef. part. 6. cap. 2. num. 34. Sperell. dec. 166. n. 7. Parisius de resignat. benef. lib. 1. cap. 11. num. 17. plurimi alii cum Vincent. de Justis loc. cit. num. 56. Quando Papa in commissione non exprimit nomen Vicarii, respicit tribunal, & non personam; unde hujusmodi delegatum non est personalis, sed realis, quæ transit ad successorem; Gratian. discept. forens. cap. 92. num. 20. & cap. 378. num. 11. Sanchez lib. 8. disput. 27. num. 2. & 28. Reginald. lib. 31. cap. 27. num. 209. Filliucc. tractat. 10. cap. 10. part. 2. num. 343. tom. 1. & alii passim. Si vero in literis expressum sit nomen Vicarii, & tribunalis, tunc si primo loco appositum sit nomen proprium, ut si dicatur Dilecto Filio Paulo Vicario &c. censetur commissio personalis, & non transit ad successorem; sed quævis etiam desineret esse Vicarius, adhuc remanebit Delegatus. Si vero commissio facta sit dignitati, non expresso nomine Vicarii, tunc quia hujusmodi dignitas est perpetua in ecclesia, transibit ad successorem; Guttierrez de matrim. cap. 125. num. 4. Sanchez lib. 3. disp. 27. num. 11. De Justis loc. cit. num. 59. & alii. Vicarius Episcopi adhuc non consecratus, sed solum confirmatus, potest dispensationes exequi; Barbosa Juris eccles. univers. lib. 1. cap. 15. num. 28. Pirrius Corrad. in præxi. dispens. apostol. lib. 7. cap. 4. num. 45. Sbrozius de offic. Vicar. lib. 2. quest. 23. num. 4. Guttierrez de matrimonio cap. 125. num. 14. Sanchez lib. 8. disput. 27. numer. 35. & alii. Vicarius, si fiat Episcopus illius diocesis, non poterit exequi dispensationem sibi commissam, sed ejus in vicariatu successor; quia cum commissio fuerit facta Vicario, & Vicarius diversus sit ab Episcopo, non

debet de diversis fieri illatio; leg. Sed si ante 17. ff. de exceptionib. leg. Papinianus 20. ff. De minoribus. cap. Ad audientiam 12. de decimis; (A sensu contrario idem asserit lex 11. tit. 23. part. 3. Conducit lex 5. tit. 33. part. 7.) Lotterius de re benef. lib. 1. quest. 24. num. 83. Parisius de resignat. lib. 1. quest. 8. num. 2. De Justis loc. cit. num. 66. & alii Vicarius potest exequi literas, quamvis Episcopus esset aliqua causa excommunicatus, vel suspensus; cap. 1. de offic. Vicarii in 6. Barbosa Juris eccles. univers. lib. 1. cap. 15. num. 44. Sbrozius de offic. Vicarii lib. 3. quest. 18. num. 1. Squillant. de obligat. Clericor. part. 3. num. 97. & de privileg. Clericor. cap. 3. num. 519. De Justis loc. cit. num. 80. Executor quicumque sit, debet ad unguem servare formam præscriptam in literis, quarum vigore procedit; Rota part. 6. dec. 200. num. 4. secus minus legitime procedit, ubi non servat formam præscriptam; Rota part. 4. dec. 161. num. 5. Immo nulliter & injuste procedit, si mandet exequi literas contra formam Juris; Rota part. 18. tom. 2. dec. 473. num. 3. & 6. Non enim potest excedere fines sæe commissiois, secus nihil agit, nulliter procedit, & reddit omnia ab eo gesta irrita, & nulla; Rota part. 5. tom. 1. dec. 244. num. 13. part. 11. dec. 9. n. 15. & 16. part. 16. dec. 377. num. 20. (Consonant leg. 19. 20. & 21. tit. 4. part. 3. Vid. add. nov. hisp. lit. A pag. 188. col. 2. num. 9. & verb. Delegare, per tot.) Executor, pro executione nihil prorsus potest accipere etiam sponte oblatum. Habetur expresse in formula literarum apostolicarum pro dispensatione super impedimento consanguinitatis, ibi: Mandamus quatenus deposita per te omni spe cujuscumque muneris, aut præmii, etiam sponte oblato, à quo te omnino abstinere monemus; & infra: Volumus autem, quod si sprete monitione nostra hujusmodi aliquid muneris, aut præmii occasione præmissarum exigere, aut oblatum recipere præsumpseris, excommunicationis lætæ sententiæ panam incurras, qua tantum innotanda existat, donec per satisfactionem condignam absolutiois beneficium à Sede Apostolica merueris obtinere. Quæ prohibitio, etiam de esculentis, & poculentis quæ paucis diebus consumi possunt, intelligenda est; Corrad. in præxi dispens. apostol. lib. 7. cap. 6. num. 15. Vincent. de Justis lib. 2. cap. 6. num. 141. Sanchez lib. 8. disput. 35. num. 12. & alii passim. Et ratio est, quia prohibitio Papæ est universalissima, ibi: Cujuscumque, & si aliquid, quibus verbis omnia comprehenduntur, argum. leg. Quicumque ratione ff. de Procurat. etiam modica, ut bene advertit Barbo. de Axiom. 151. num. 70. Tum quia verba generalia generaliter sunt intelligenda à cap. Quia circa, de privileg. (Vid. pag. 251. in fin. num. 12. lit. A. & lit. B. pag. 428. in fin. num. 9.) Nec datur in hoc interpretatio, cum verba sint clara; in claris enim non admittitur interpretatio, argum. leg. Ille, ut ille 25. ff. De legat. ibi: Cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis questio. (Inter plurimos alios textus, qui in comprobationem adduci poterant, sufficiant leg. 13. tit. 3. 28. tit. 9. p. 6. 5. tit. 33. p. 7.) Hinc neque sub prætextu laboris in studendo processu, examinandis testibus, capiendi informatione &c. Neque ratione sigillii, papyri, expeditionis aut taxæ Delegatus aliquid accipere potest, prout expresse declaravit Sac. Congreg. apud Corrad. citat. lib. 7. cap. 6. num. 14. De Justis loc. citat. num. 143. Diana part. 2. tract. 13. resol. 71. Potest tamen Notarius accipere aliquid, nempe quartam partem auri pro examinandis testibus, & sumendis ceteris informationibus, prout expresse habet Sacra Congreg. declaratio apud Corrad. his verbis: Gratis etiam dispensationes matrimoniales concedendo sunt, quod etiam Ordinarii, quibus ista dispensationes committuntur, suum officium gratis præstent, ita ut nec ipse Vicarius aliquid suscipiat pro mercede; Notarius vero pro examinandis testibus, & sumendo ceteras informationes, quartam partem auri, seu ducati accipere possit. Immo post executionem factam etiam ipse executor potest aliquid gratis oblatum accipere, minime vero aliquid prætere; Ita Sanchez lib. 8. disput. 35. num. 14. Vicent. de Justis lib. 1. cap. 6. num. 245. & alii; eo quod tunc jam cesset ratio prohibitionis, quæ est, ne